DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA

DE

FATIS CALICIS EVCHARISTICI

IN ECCLESIA ROMANA
A CONCILIO CONSTANTIENSI AD NOSTRA
VSQVE TEMPORA

QVAM

D. O. M. A.

PRAESIDE

IO. ANDR. SCHMIDIO

ABBATE MARIAEVALLENSI
TH. D. EIVSQ. ET ANTIQQ. SS. P. P.
ORDINIS SVI SENIORE

PRAECEPTORE ET HOSPITE SVO

SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT

RESPONSVRVS AVTOR

DAVID VVILHELM ERYTHROPEL
HANNOVERANVS

A. D. IV APRIL.

HELMSTADII MDCCVIII.

LITTERIS HAMMIANIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO REVERENDISSIMO

VIRIS SVMME MAXIMEQVE REVERENDIS, NOBILISSIMIS, CONSVLTISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS.

DOMINO

ECCLESIARVM PER ELECTORATVM BRVNSVICENSEM AC LVNÆBVRGENSEM

DIRECTORI

CAETERISQVE ELECTORALIS CONSISTORII QVOD HANNOVERÆ EST

CONSILIARIIS EXCELLENTISSIMIS

Digitized by Google

DOMINIS MAECENATIBVS PROMOTORIBVS AC RESPECTIVE PARENTI

SVMMA ANIMI SVBMISSIONE
COLENDIS

HASCE PRO INGENII MODVLO ELABORATAS
STVDIORVM SVORVM ACADEMICORVM
PRIMITIAS

CONSECRARE VOLVIT, DEBVIT

DAVID WILHELM ERYTHROPEL.

Digitized by Google

B 6 . PK 64 2

§. I.

MAteria, quam tractandam ſuſcipimus, elegans quidem, valde prolixa tamen & intricata eſſe videtur; quapropter præprimis ſollicitos nos eſſe oportet, ut plura paucis, & obſcura, quantum fieri poteſt, perſpicue proponamus. Hoc autem commode à nobis præſtari poſſe confidimus, ſi juſto ordine recenſionem noſtram hiſtoricam inſtituerimus. Tres eam ob cauſam nobis eligimus periodos, ſecundum quas *fata calicis euchariſtici* exponere, animus nobis eſt.

Periodus prima continebit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Conſtantienſi usque ad concilium Baſilienſe.

Periodus ſecunda exhibebit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Baſilienſi ad concilium Tridentinum.

Periodus tertia dabit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Tridentino usque ad noſtra tempora.

§. II. Priusquam autem propoſitum ipſum aggrediamur, paucula quædam de origine, progreſſu & ſcopo ademti calicis euchariſtici & communionis ſub una ſpecie præmittenda erunt, ut facilius in cognitionem totius controverſiæ de communione laicali ſub utraque ſpecie pervenire atque connexionem hiſtoriæ de mutilatione cœnæ dominicæ ejusque in integrum reſtitutione, eo melius oſtendere queamus. Circa originem vero communionis ſub una ſpecie & tempus definitionis per

Digitized by Google

DOMINIS MAECENATIBVS PROMOTORIBVS AC RESPECTIVE PARENTI

SVMMA ANIMI SVBMISSIONE COLENDIS

HASCE PRO INGENII MODVLO ELABORATAS STVDIORVM SVORVM ACADEMICORVM PRIMITIAS

CONSECRARE VOLVIT, DEBVIT

DAVID WILHELM ERYTHROPEL.

Digitized by Google

B 6 . PK 04 . 2

§. I.

MAteria, quam tractandam ſuſcipimus, elegans quidem, valde prolixa tamen & intricata eſſe videtur; quapropter præprimis ſollicitos nos eſſe oportet, ut plura paucis, & obſcura, quantum fieri poteſt, perſpicue proponamus. Hoc autem commode à nobis præſtari poſſe confidimus, ſi juſto ordine recenſionem noſtram hiſtoricam inſtituerimus. Tres eam ob cauſam nobis eligimus periodos, ſecundum quas *fata calicis euchariſtici* exponere, animus nobis eſt.

Periodus prima continebit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Conſtantienſi usque ad concilium Baſilienſe.
Periodus ſecunda exhibebit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Baſilienſi ad concilium Tridentinum.
Periodus tertia dabit fata calicis euchariſtici ab ipſo concilio Tridentino usque ad noſtra tempora.

§. II. Priusquam autem propoſitum ipſum aggrediamur, paucula quædam de origine, progreſſu & ſcopo ademti calicis euchariſtici & communionis ſub una ſpecie præmittenda erunt, ut facilius in cognitionem totius controverſiæ de communione laicali ſub utraque ſpecie pervenire atque connexionem hiſtoriæ de mutilatione cœnæ dominicæ ejusque in integrum reſtitutione, eo melius oſtendere queamus. Circa originem vero communionis ſub una ſpecie & tempus definitionis per

 aliquod

Digitized by Google

aliquod concilii decretum, ipſi doctores pontificii inter ſe non conveniunt. *Quidam* ex illis tam rigidi ſunt ſuæ mutilatæ S. cœnæ defenſores, ut communionem laicalem ſub una ſpecie, non autem ſub utraque, ab inſtitutione & mandato Chriſti, praxi apoſtolorum & primitivæ eccleſiæ originem trahere, affirmare audeant. Ideoque dicere non verentur, illos, qui laicis porrigunt diviniſſimum euchariſtiæ ſacramentum ſub utraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, agere contra voluntatem Chriſti, contra ſcripturam veteris & novæ legis & ſanctorum patrum ab eccleſia approbatorum. Et quanquam corinthiacam eccleſiam, Cyprianum, Donatum & alios S. euchariſtiam ſub utraque ſpecie ſacramentali ſumſiſſe aliisque diſtribuiſſe, negare non poſſunt: Illam tamen hunc communicandi morem a maſis & pſeudo prophetis didiciſſe; hos vero primum ex ſimplicitate & pia devotione ritum illum exercuiſſe, ſed poſtea melius informatos pœnituiſſe. Alios, quos idem feciſſe legimus, ex mera malitia, ut hæreticos & erroneos, illud peregiſſe ajunt. Ad hanc claſſem referendus eſſe videtur anonymus ille theologus & Broda in ſcriptis ſuis contra Jacobellum, quæ ex antiquiſſimis MSCtis edita exhibet maxime venerabilis Dominus Præpoſitus Hermannus von der Hardt, præceptor ac patronus meus tanto majori animi ſubmiſſione colendus, quanto majoribus meritis me hactenus ſibi obſtrinxit, in egregio opere ſuo de rebus concilii oecumenici Conſtantienſis. (a) *Quidam* qui mitiores videri volunt, aſſerunt quidem Chriſti, apoſtolorum & ſanctorum patrum primitivæ eccleſiæ ætate in quibusdam locis laicis datam eſſe communionem ſub una ſpecie: negare tamen non audent, in aliquibus etiam eccleſiis communionem ſub utraque laicis & licite quidem, diſpenſatam, atque ita indifferentem fuiſſe primis temporibus uſum communionis ſub altera vel utraque ſpecie. Huic ſententiæ accedunt Gab. Biel, (b) Franciſc. Cordubenſis (c) &c. ipſum quoque

que

(a) Tom. III. part. XIV. cap. IX. p. 364. ſq. ib. part. XV. c. II. p. 394. ſq. & cap. VI. p. 404 ſq. (b) 4ſent. diſt. 12. q. 2. art. 3. (c) Caſſ. in dial. edito a B. G. Calixt. p. m. 4.

Digitized by Google

que, ut videtur, concilium tridentinum. (*a*) *Quidam* ingenue fatentur, communionem ſub una ſpecie non â Chriſti inſtitione profectam, neque ab apoſtolis ſanctisque doctoribus primitivæ eccleſiæ in publico cœtu diſtributam fuiſſe: non tamen errare eccleſiam Romanam volunt, quæ ob rationabiles cauſas hunc laicos communicandi modum hodie obſervet. Inter hos eſt Thomas de Aquinas (*b*) Georg. Caſſander (*c*) Georg. Wicelius (*d*) Card. Bona (*e*) item concilium Conſtantienſe in decreto Seſſ. XIII. publicato in cauſa communionis ſub una ſpecie a Jacobello impugnatæ. (*f*)

§. III. Quemadmodum autem de origine communionis ſub una ſpecie, prout vidimus, valde variantes ipſorum pontificiorum doctorum ſunt ſententiæ, ita non minus in aſſignando decreto quodam concilii, quo illa roborata, & uſus dominici calicis abrogatus ſit, inter ſe diſcrepant. Qui pro antiquitate hujus ritus contendunt, illum forte approbatum eſſe ajunt in concilio Epheſino propter Neſtorium habito, quod ille docuerit ſub ſpecie panis in ſacramento euchariſtiæ eſſe tantum cadaver exſangue ſeu corpus Chriſti mortuum, hinc duplicem ſpeciem neceſſario ab illo eſſe ſumendam, qui velit & corporis Chriſti & ſanguinis ejus particeps fieri. Sed nos cum Dominico Soto, (*g*) B. Chemnitio (*h*) & Gerhardo (*i*) haud immerito reſpondemus; merum hoc eſſe figmentum, cum nullus ex veteribus hanc opinionem Neſtorio tribuat, & in hiſtoria actisque concilii Epheſini ne veſtigia quidem ulla talis vel diſputationis vel decreti appareant. Nihilominus hanc, de communionis ſub una ſpecie in concilio Epheſino definitione, ſententiam valde veroſimilem eſſe dicunt, ex pontificiis viri celeberrimi Hoſius, (*k*) Hardingus, (*l*) &c. Cardinalis Cuſa-

(*a*) Seſſ. V. ſub Pio IV. cap. II. Paul. Sarp. H. C. T. in ſpec. de Can. & decret. C. T. p. 121. (*b*) expoſ. Joh. tract. 7. (*c*) in conſult. art. 22. de utraque ſpecie p. m. 132. (*d*) via regia p. m. 309. (*e*) lib. 2. de rebus lit. cap. 18. (*f*) Do. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. part. XVIII. cap. XI. p. 646. (*g*) in 4 ſent. diſt. 12. q. 1. art. 12. (*h*) E. C. T. part. II. p. 129. (*i*) C. C. lib. II. part. II. art. XVI. cap. 7. p. 1135. (*k*) Dial. de commun. ſub utraque p. 645. ſq. (*l*) Ioan Juelli opp. theol. tom. I. art. 2. de commun. ſub utraque ſect. 8. p. 7.

Cuſanus, (*a*) cujus quoque Auguſtana noſtra confeſſio, mentionem facit, (*b*) & cum eo alii, imo ex ipſis reformatis Joh. Henr. Alſtedius (*c*) de communione laicali ſub una ſpecie in S. cœna definitionem factam eſſe volunt ſub Innocentio III. pontifice in concilio Lateranenſi IV. anno circiter 1215. & prohibitum fuiſſe uſum calicis per capitulum *omnis utriusque ſexus* &c. ubi *ſacramenti*, (quam vocem in ſingulari unam ſpeciem denotare vult Cuſanus) non *ſacramentorum* ab omnibus fidelibus ſumendorum, forte ſit mentio & exinde colligere fruſtra conatur, communionem ſub utraque ſpecie laicis fuiſſe interdictam, & cum omnes doctores & monachi hæc verba capituli ita quoque intellexerint, ſenſim ſenſimque in eccleſiam latinam irrepſiſſe morem communicandi populum ſub una tantum ſpecie; & hanc eſſe illam conſuetudinem laudabilem ad quam concilium Conſtantienſe in decreto ſuo provocet. Sed quam infirmis hæc quoque ſententia nitatur argumentis, quilibet, ut credo, facile perſpiciet, cum, ut Bugenhagius (*d*) recte obſervavit, vox *ſacramentum* & *ſacramenta* a veteribus doctoribus non ſolum promiſcue adhibeatur, ſed etiam adhuc a ſacerdotibus pontificiorum miſſa, in qua tamen utraque ſpecies offertur, ſacramentum dicatur, ipſumque concilium Conſtantienſe aſſerat Chriſtum ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum inſtituiſſe: accedit, quod ex hoc vocabulo non liceat colligere, quænam præciſe ſpecies ſacramentalis omittenda, quæ autem laicis ſit danda. Negare equidem non poſſumus, poſtquam dogma transſubſtantiationis publico quodam decreto in hoc concil. Later. IV. robur accepit, ex metu effuſionis multos de ſubtractione calicis, periculum hoc evitandi cauſa cogitaſſe, quoſdam etiam, prout videtur Mornayo, (*e*) loco vini conſecrati, vinum ablutionis & non conſecratum ſuis propinaſſe; attamen decreto quodam concilii adjutos hæc talia feciſſe, eſt quod negamus. Hinc nonnulli ex

(*a*) epiſt. 3. & 7. ad Boh. (*b*) abuſ. 1. p. m. 21. (*c*) In theſaur. chron. p. 374. (*d*) in lib. *wider die Kelch-Diebe*, in ſpecie *von verbot des Kelchs* in concilio Conſtantienſi plag. d. 6 ſqq. & e. 5. ſq. (*e*) de S. euchar. l. 1. c. XI. p. 294

Digitized by Google

ex pontificiis rectiſſime nobiscum ſentiunt, ante concilium Conſtantienſe nullum de communione ſub una ſpecie laicis danda inveniri concilii decretum, ut Vasquez (*a*) Alphonſus de Caſtro (*b*) Georgius de Valentia (*c*) &c.

§. IV. Si autem quisquam ex nobis quæreret veram originem & progreſſum communionis laicalis ſub una ſpecie, ademtique calicis initium, cum Auguſtana noſtra confeſſione confiteri fas erit: (*d*) *quod diu quidem manſerit hic mos* (communicandi ſc. ſub utraque ſpecie) *in eccleſia, non tamen conſtare, quando aut quo auctore ſit mutatus.* Ne tamen quidam ex pontificiis jactitare poſſint, (*e*) conſuetudinem ſuam adeo vetuſtam eſſe, ut initium ejus ne aſſignari quidem poſſit; etſi non annum, ſeculum tamen, quo hæc pontificiorum praxis eccleſiam occidentalem invaſit, indicare conabimur. Sæpius quidem a primis ſeculis mutilatio cœnæ dominicæ cum per hæreticos, tum alios ſuperſtitioſos hominestentata, nunquam tamen, doctoribus orthodoxis reſiſtentibus, durabilis fuit. In ſecundo ſtatim ſeculo ſurgebat Marcion, primogenitus ille diaboli, qui vinum abominabatur & in SS. euchariſtia aquam loco vini adhibebat, ſed illi ſtrenue reſtiterunt viri inter cæteros celebres Juſtinus M. (*f*) Irenæus (*g*) Tertullianus (*h*) Epiphanius (*i*) & alii. Marcion in hoc errore aſſeclam ſibi vidit Tatianum cum ſectatoribus ſuis qui Aquarii dicti, eo quod vinum tanquam germen diaboli rejicientes, aqua in S. cœna utebantur, ſed & his ſeſe oppoſuerunt Irenæus (*k*) & Epiphanius. (*l*) Gnoſtici loco vini ſanguinem menſtruatum adhibuiſſe in S. euchariſtia & oppugnatores Irenæum (*m*) Tertullianum (*n*) & Epiphanium (*o*) habuiſſe, dicuntur. Tempore Cypria-

(*a*) Tom. 3. part. 3. diſp. 216. c. 4. n. 42. (*b*) lib. 6. adverſus hæreſ. de Euchar. hæreſ. ult. (*c*) lib. de legit. uſu ſacram. c. 10. (*d*) l. c. (*e*) Chemn. l. c. p. 131. (*f*) apol. 2. (*g*) adv. hær. 3. 6. & 42. ſqq. & toto fere lib. 4. (*h*) quinque libr. adv. Marcionem (*i*) hær. 42. (*k*) adv. hær. 1. 31. 34. 35. 39. (*l*) hær. 46. ſq. (*m*) adv. hæreſ. 1, 24. (*n*) tract. adv. gnoſticos quem ſcorpiacum inſcripſit. (*o*) hær. 26.

priani ſeculo tertio nonnulli omiſſo vino, temperantiæ, ut videtur, prætextu, aquam adhibuerunt, quos ſanctus hic martyr acriter impugnavit. (a) Circa annum 340. nonnulli loco vini lac ſubſtituebant, alii linteum muſto intinctum per totum annum reſervabant & tempore ſacrificii partem ejus aqua lavabant,& ſic offerebant. Iterum alii non aufferebant quidem calicem, ſed intinctam euchariſtiam tantum (id eſt panem vino intinctum) pro complemento communionis porrigebant, eo videlicet prætextu, quod intincta infantibus forte & ægris extra ordinem nonnunquam data e. g. Serapioni (b) in extremis agenti & puellæ cuidam a diabolo vexatæ: (c) ſed Julius I. pontifex Rom. Can. *cum omne.* (d) contra inſtitutionem Chriſti, contra apoſtolicam & evangelicam doctrinam, contra eccleſiæ conſuetudinem hæc fieri, graviter conqueſtus eſt, & ut utraque ſpecies panis & vini diſtincte exhibeatur, mandavit. Deinde mutatio quædam communionis ſub utraque fiebat ab illis, qui panem benedictũ, ſi non omnem tamen particulam quandam domum deferebant & poſtea interdum poſt longum temporis intervallum ſumebant; quæ tamen perverſa conſuetudo abrogata & prohibita eſt anno circiter 390. in concilio Toletano Can. XIV. *Si quis acceptam a ſacerdote euchariſtiam non ſumſerit, velut ſacrilegus propellatur:* & poſtea circa annum a N. C. 500. in Cæſar-Auguſtano Can. III. *Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in eccleſia, anathema ſit in perpetuum.* Et ſic reſtituta eſt ad integrum cœna domini. Tempore Leonis papæ circa annum 440. manichæi, vinum tanquam fel draconis deteſtantes, chriſtoque corpus phantaſticum affingentes, moliebantur introducere unius ſpeciei ſumtionem, ſed Leo pontifex (e) circa annum 449. ſacrilegium, offendiculum & diſſenſionem præter doctrinam ab apoſtolis acceptam, eſſe pronunciat, ore corpus domini accipere *calicem vero ſanguinis redemtionis noſtræ haurire, declinare.* Sub Gelaſio Papa anno circiter

490.

(a) epiſt. 63. (b) Euſeb. H. E. libr. 6. c. 36. (c) Proſper. Aquit. in ſect. quæ inſcribitur dimidium temporis c. 6. (d) de conſecr. diſt. 2. cap. 7. (e) in ſerm. quadrag. IV. p. 33.

490. communio ſub utraque cœpta eſt immutari, non quidem ab hæreticis, ſed a ſuperſtitioſis, ut videtur, chriſtianis; verum illa ſuperſtitio mox ab eccleſia reiecta eſt & exploſa, ut teſtatur canon ille Gelaſii, *comperimus.* (*a*) *Comperimus quod quidam ſumta tantummodo corporis ſacri portione, a calice ſacrati cruoris abſtineant, quia neſcio, qua ſuperſtitione docentur adſtringi, aut integra ſacramenta percipiant aut ab integris arceantur. Quia diviſio unius ejusdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio nequit provenire.* Anno circiter 580. rurſus in Hiſpania pullulare cœpit (*b*) mos, quondam per Iulium damnatus, intinctum panem ſumendi: hinc iisdem fere verbis canon Iulii papæ renovatus fuit in concilio Bracarenſi III (*c*) anno 675. Circa annum 920. (*d*) aliis (*e*) 950. monachi ordinis cluniacenſis, effundendi calicis metu per transſubſtantiationem nato, aucto, adulto, inolito, in ſuis monaſteriis intinctam communionem novitiis ſuis dandam ſtatuerunt; (*f*) ſed contra morem aliarum eccleſiarum. Poſtea in concilio Turonenſi circa annum 1055. infirmis etiam in aliis eccleſiis uſus intinctæ euchariſtiæ conceſſus fuit, (*g*) qui ſecundum Dallæum (*h*) aliosque iterum videtur eſſe abrogatus in concilio Claramontano 1095. ab Vrbano II. Tandem florente Yvone carnotenſi epiſcopo circa annum 1100. non jam ægris, ſed & ſanis (*i*) tradi cœpta fuit; cui ritui vehementer inter alios reclamavit Hildebertus cœnomanenſis epiſcopus. (*k*) Hæc autem denuo videtur a Paſchali II. (*l*) anno 1118. refutata eſſe ac proſcripta. Vel ante hunc intinctæ euchariſtiæ uſum, vel ſimul cum eo, quidam latinorum fiſtulas argenteas vel vitreas S. S. calici affixas, quas ordo romanus (*m*) pugillares vocat, per quas vinum conſecratum ſuxerunt, propter metum periculi effuſionis in SS. euchariſtiæ diſtributione adhibuerunt teſte Caſſandro; quam-

(*a*) de conſecr. diſt. 2. c. 12. (*b*) Chemn. l. c. Mornay. l. c. (*c*) Conc. Brac. 3. c. 1. (*d*) Chemn. l. c. (*e*) Mornay. lib. 1. cap. XI. pag 288. (*f*) in cluniac. inſtituto l. 2. c. 35. de ſacerd. hebdomario. (*g*) concil. Turon. apud Yvonem, Reginonem & Burchardum. (*h*) de cult. lat. relig. l. c. lib. V. c. 26. p. 712. (*i*) Yvo de divinis offic. Mornay. l. c. p. 289. (*k*) epiſt. 64. Calixtus de commun. ſub una §. XVI. p. 93. (*l*) Dallæus l. c. (*m*) de offic. Miſſ. p. 25.

(*a*) quamvis Dallæus (*b*) veroſimilius eſſe putet, demum poſt interdictionem euchariſtiæ intinctæ ab Urbano II. illos a monachis excogitatas & poſtea froquentatas eſſe. Tandem poſt Lombardum tempore ſcholaſticorum circa annum 1250. poſtquam ſcilicet decretum concilii Lateranenſis IV. de transſubſtantiatione, metum de ſanguinis Chriſti effuſione mirum in modum adauxerat, incepit invectæ alicubi particularis conſuetudinis communicandi populum ſub una ſpecie mentio fieri. (*c*) Non enim in omnibus eccleſiis hic mos viguit, neque ab omnibus admiſſus fuit. Nam adhuc tempore Thomæ de Aquinas, (*d*) Durandi, (*e*) Petri de Palude (*f*) & concilii Conſtantienſis quædam fuere, quæ veram formam cœnæ dominicæ conſtanter ſervarunt; prout Thomas Waldenſis (*g*) & ipſa procuratorum concilii Conſtantienſis petitio (*h*) teſtatur. Non autem ſine ulla ſanctorum virorum offenſione aut contradictione novam hanc communionem in eccleſiam introductam eſſe putemus; verum reſtiterunt ei plurimi veritatis teſtes, prout inter alios teſtatur Alex. Alenſis; (*i*) & nullum omnino dubium eſt, (*k*) inter illos quoque fuiſſe Waldenſes ſive Lugdunenſes: hinc quidam (*l*) inter errores a pontificiis ſcriptoribus ipſis objectos tertium fuiſſe volunt, euchariſtiam ſub utraque ſpecie ſacerdotibus & laicis ſine diſcrimine dandam eſſe. His adjungit Dallæus (*m*) ipſum Wicleſum Anglum, quem inter propugnatores communionis ſub utraque fuiſſe, variis rationibus evincere ſtudet. Illi annumerandus quoque erit quidam nomine Matthias magiſter pariſienſis, bohemus, paſtor

(*a*) in liturg. cap. 22. p. 50. & tract. de commun. ſub utraque p. 1036. (*b*) l. c. lib. III. cap. 28. p. 448. (*c*) Chemn. l. c. p. 132. ſq. (*d*) in 3. part. ſummæ q. 8. artic. 12. it. 4. ſentent. diſtinct. 1. art. 2. q. 1. (*e*) in ration. divin. offic. lib. 4. c. 42. (*f*) 4. ſentent. diſtinct. 2. q. 1. (*g*) in lib. de ſacram. contra Wicleff. tom. 2. c. 88. (*h*) Dn. præpoſ. Hermannus *von der Hardt* l. c. tom. IV. part. IV. ſeſſ. 13. p. 333. (*i*) in 4. ſentent. q. 53. memb. 1. Mornay l. c. cap. XI. pag. 294. (*k*) Calixt. l. c. §. XXIV. p. 99. Pfeiff. actio rei amotæ part. I. cap. 2. §. 7. & part. II. cap. 4. §. 2. Dallæus l. c. libr. V. c. 26. p. 714. (*l*) Vid. Magd. Cent. XII. cap. 8. p. m. 549. (*m*) l. c. p. 713. pfeiff. l. c.

paſtor apud S. Nicolaum Pragæ, cujus Dn. præpoſ. Hermannus *von der Hardt* (*a*) quoque mentionem facit, eumque viginti quinque circiter annos ante Jacobum de Miſa (de quo infra dicemus) plebem docuiſſe communionem ſub utraque eſſe neceſſariam, ad illam invitaſſe, illamque exercuiſſe, mox tamen per magiſtratum eccleſiaſticum ab incepto abſterritum fuiſſe, juxta relationem autem Ioh. de Polemar anno 1389 palinodiam ceciniſſe, ejusque ſcripta teſte Theobaldo cum aliis Wiclefi, Huſſi, Miliccii, Hieronymi 1410. damnata eſſe, refert Quibus omnibus addere poſſemus Huſſum & Hieronymum Pragenſem, niſi infra pluribus de illis agendi daretur occaſio, ad quam itaque hæc rejecta volumus. Ex his autem hactenus dictis ſatis conſtare poſſe arbitramur, quando conſuetudo communicandi populum ſub una ſpecie eccleſiam latinam invaſerit. Vidimus quomodo uſus S. S. calicis in ſacra cœna a primitivis chriſtianis ſancte juxta inſtitutionem Chriſti fuerit aſſervatus atque contra hæreticos defenſus, id quod per ſingula fere ſecula ſanctorum patrum teſtimoniis confirmavit ſæpe citatus Mornayus (*b*) & Dallæus. (*c*) Vidimus etiam, ut cum B. Calixto loquamur, (*d*) *ex determinatione modi præſentia domini, dum invecta transſubſtantiatione ſtatuebatur corpus & ſanguis ita craſſe adeſſe ut poſſit in terram projici, effundi, conculcari, enatam eſſe mutilationem ſacramenti ſeculo circiter duodecimo, augmentum cœpiſſe ſeculo decimo tertio, maturuiſſe decimo quarto, tandem decimo quinto exploſa & proſcripta integritate decreto Conſtantienſi roboratum. Hactenus enim uſum calicis nemini interdictum fuiſſe fateri omnes oportet.* Græci (*e*) interim, Moſcovitæ, (*f*) Abyſſini, (*g*) Maronitæ, (*h*) Georgiani, (*i*) Syri, (*k*) Chaldæi, (*l*) Armenii

B

(*a*) l. c. tom. III. proleg. pag. 20. it. conf. Cochlæi Hiſt. Huſſit. lib. 1. pag. 80. (*b*) l. c. cap. X. & XI. (*c*) l. c. toto ferme lib. V. (*d*) l. c. §. 47. (*e*) vid. reſp. jerem. Tybingæ datum. it. Metroph. Critopulus in conf. Cathol. cap. 9. it. Pfeiff. l. c. part. 2. cap. 8. (*f*) Olearius in itiner. moſcovit. lib. 3. cap. 30. (*g*) Franciſc. Alvarez. itiner. cap. 11. Pfeiff. l. c. cap. 10. pag. 69. ſqq. (*h*) Mornay l. c. cap. 11. pag. 293. (*i*) Cotov. in itiner. lib. 2. pag. 201. (*k*) Pfeiffer. l. c. part. 11. cap. 97. (*l*) Hild. in theol. dogm. cap. 10. pag. 828.

Digitized by Google

menii (*a*) Coptitæ (*b*) &c. hunc ritum ab ipſo Chriſto inſtitutum & eccleſia primitiva uſurpatum conſtanter, retinuerunt & etiamnum ſervant, ut inſigne antiquitatis teſtimonium. *Scopus & finis*, quem eccleſia latina in interdictione tam ſancti tamque neceſſarii ritus intendit, ſine dubio nullus alius fuit, quam ut dogma tranſubſtantiationis eo melius ſtabilire, dignitatem miſſæ privatæ & prærogativam cleri præ laicis amplificare (*c*) poſſit, quæ tam excellens per communionem ſub utraque efficiatur, ut Gabriel Biel (*d*) ſacerdotes eam ob cauſam digniores omnibus ſanctis laicis eſſe, ipſa quoque Maria, affirmare non erubeſcat. Si autem diſcrimen inter communionem laicalem & ſacerdotalem tolleretur, hæc dignitas nimiumquantum vileſceret: hinc cardinalis Hoſius (*e*) dicit, quod hoc ipſo & ſacerdotium & ſacrificium evertatur.

PERIODVS I.

continet fata calicis eucharistici ab ipſo concilio Conſtantienſi usque ad concilium Baſileenſe

§. I.

Anno 1415. HActenus equidem multi viri & pietate & doctrina celebres ſanctique eccleſiæ doctores, novæ conſuetudini laicos communicandi ſub una tantum ſpecie ſacramentali ſcilicet panis, quæ, prout vidimus, ſenſim ſenſimq; in eccleſiam occidentalem irrepſit, & verbis & ſcriptis contradixerunt & reſtitutionem cœnæ dominicæ ad priſtinam formam a Chriſto præſcriptâ & præceptam anxie quæſierunt, publice tamen & majori animi fervore atque conſtantia idem negotium tractare incepit (ſecundum Bellarminum (*f*) aliosque circa annum 1412, ſecundum alios (*g*) 1414. ſecundum quosdam (*h*) vero anno 1415. proxime ante feſtum

(*a*) Cotov. l. c. p. 207. Pfeiff. l. c. cap. 11. pag. 73. (*b*) ibid. l. c. cap. 12. pag. 75. (*c*) Val. Albert. intereſſe relig. art. 9. pag. 423. (*d*) in Canone Miſſæ lect. 5. lit. f. (*e*) l. c. pag. 650. (*f*) diſp. controv. tom. II. de ſacram. Euch. lib. 4. cap. 20. p. 882. (*g*) Bohusl. Balbini epit. rerum Bohem. lib. 4. cap. 11. p. 478. (*h*) Theobald. hiſt. Huſſ. cap. 14. pag. 64. Dn. T. apoſ. Herm. *von der Hardt*, l. c. tom. III. p. 336. & 586. it. tom. IV. p. 187.

feſtum paſchatos ſub ipſo concilio Conſtantienſi ſuperiori anno ab imperatore Sigismundo in cauſa Huſſi & diſſidentium pontificum convocato,) quidam nomine Iacobus ſive Iacobellus quem alii Miſnenſem ſaxonem, (*a*) alii Miſenum (*b*) Bohemum faciunt, oriundum ex oppido Miſa in flumine Miſa, ſito in circulo Pilſenenſi, quod proprio nomine Strziebro appellatum fuit, unde ipſe Iacobus de Miſa interdum quoque de Strziebro cognominatus, prout id Dn. præpoſ. Herm. von der Hardt egregie ex antiquo msto vindobonenſi & ſolide demonſtravit (*c*). Hic Iacobus ſive Iacobellus, ipſius Æneæ Sylvii (*d*) teſtimonio, *literarum doctrina & morum præſtantia juxta clarus*, officio ſacerdotali tunc temporis in æde S. Michaelis functus Huſſique partes cum aliis ſectatus, quas tam præſentibus quam abſentibus Huſſo & Hieronymo non modo ſtrenue defendit, verum etiam Huſſo Conſtantiæ hærente, ſubito novam de communione populi ſub utraque ſpecie in ſacra cœna quæſtionem movit & publice in cathedra academica & ſuggeſtu eam proponere & docere auſus fuit (*e*). Huſſus tum Conſtantiæ degens, audiens hæc nova molimina Iacobelli, primo paululum indignari viſus, poſtea tamen a Bohemis de ſua ſententia per literas rogatus, non modo hoc propoſitum laudabile Iacobelli approbavit, verum etiam ne illi, opus divinum tractanti, reſiſteretur, autor fuit, de quibus omnibus infra dicendi locus erit. Hæc autem brevibus hic recenſere placuit, ut conſtet, Iacobum non ab Huſſo, uti forte videri poſſet, ſed ab alio quodam conterraneo Petro Dresdenſi, Draſenſi, ſive Trecenſi (*f*) (qui contemptim a pontificiis Treccenſis dictus (*g*) & puerorum docendorum Pragæ curam habuit) quem iterum alii ſaxonem a marchionatu miſniæ (*h*) eſſe volunt, alii (*i*) vero

 ro

(*a*) Hagecius, Dubrav. in hiſt. Bohem. f. 23. vid. Bohusl. Balb. l. c. lib. 9. c. 10. pag. 222. Æneas Sylv. hiſt. Bohem. c. 35. p. m. 52. Cochl. hiſt. Huſſit. lib. 1. pag. 41. Bellarm. l. c. (*b*) Theobaldus l. c. cap. 68. pag. 355. Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* tom. III. prol. pag. 17. (*c*) l. c. (*d*) l. c. (*e*) Dn. præp. Herm. *von der Hardt* l. c. (*f*) ibid. (*g*) Kromeyer l. c. p. 945. (*h*) Æneas Sylv. l. c. Dubr. l. c. Cochl. l. c. Natal. Alex. H. E. N. T. ſec. XV. & XVI. c. 2. pag. 75. (*i*) Dn. præp. Herm. *von der Hardt* l. c. p. 20.

ro Bohemum Iacobi conterraneum fuiſſe, probabile eſſe putant, ortum fortaſſe ex oppido Miſæ urbi & flumini vicino Tauſchkow ob der miſs, trahentem, doctrinam hanc pontificiis novam, ad quam viam forte (*a*) Petro ſtravere nuperrime damnata ſcripta Matthiæ, de quibus ſupra, hauſiſſe, motum præcipue verbis Chriſti, apud Iohannem dicentis: niſi manducaveritis &c. prout id prolixe recenſet Æneas Sylvius (*b*) Iacobus Piccolomineus Card. Papienſis (*c*) & Dubravius (*d*).

§. II. Perſuaſus hac atque aliis rationibus Iacobellus, perquiſitis ſanctorum patrum codicibus, Dionyſii præſertim ac Cypriani, non modo ipſe monitori Petro aſſenſit, ſed ut idem ſentirent cæteri publice ſuaſit. Quam ob cauſam ante omnia *theſes* de ea re conſcripſit quas more ſeculi Pragæ in cathedra academica, memorante Hagecio aliisque, ad ventilandum propoſuit, omnesque magiſtros baccalaureos & ſtudioſos ad opponendum invitavit, quam primam hujus argumenti diſputationem poſtea academicam ſuam poſitionem appellare & allegare ſolitus fuit (*e*). Hujus autem argumenta exhibent Hagecius & Theobaldus (*f*) qui de toto actu diſputatorio ſequentia refert: Daß Volck und Studenten verſamleten ſich auff angeſetzten Termin in das Collegium Caroli IV. da dann M. Iacobellus kam und alſo redet: Meine liebſte Brüder und Söhne/ wiſſet daß ich in den Geſetz GOttes den Weg des Lebens gefunden habe/ da geſchrieben ſtehet: Werdet ihr nicht eſſen das Fleiſch des Menſchen Sohns und trincken ſein Blut/ ſo habt ihr kein Leben in euch ꝛc. wehe uns die wir daß von unſern Vorfahren nicht berichtet ſeyn/ welche ohne Zweiffel alle auff den Weg der Verdam̃niß ſind. Was duncket euch die Schrifft iſt gewiß/ die Wort ſind des HErren Chriſti ſelbſten: Wir wollen der Warheit ſtatt und Raum geben/ daß Volck recht unterrichten/ damit wir nicht GOttes Straffe/ Zorn und Ungnade/ ſo wir es geſchweigen/ uns auffm Halß laden. Da ſolches die andern Profeſſo

(*a*) ibid. (*b*) l. c. (*c*) Comment. lib. VI. (*d*) l. c. (*e*) Dn. præp. Herm. *von der Hardt* l. c. pag. 21. (*f*) l. c.

feſſores höreten / hielten ſie ſtarck Obſtatt / oder Wiederpart / zu letzt fieng M. Elias an: M. Iacobelle du irreſt weit / dann Chriſtus redet an den Ort nicht von den leiblichen / ſondern von geiſtlichen Gebrauch. Schlug hiemit daß Teſtament auff / verlaß aus denſelbigen / da ſtehet Ioan. 6. v. 63. der Geiſt iſts der da lebendig macht / daß Fleiſch iſt kein nutze / die Worte die ich rede ſind Geiſt und ſind Leben ꝛc. Er ſetzt auch M. Elias dieſes hinzu: Lieber Iacobelle, wann es je ſeyn ſolte / warum hat er dazumal ſeinen Leib zur Nieſſung nicht geordnet / oder die Entpfahung eingeſetzet? Iacobellus antwortet: Aber nach den Abendmahl hat er es allen zumahl alſo zu entpfahen geboten. M. Elias antwortet: Warum entpfäheſt du es nicht nach den eſſen / ſondern frühe? Derentwegen laß es itzund anſtehen / erwart / was das oecumenicum concilium davon ſchleuſt. Hac ratione de veritate rei, quam a Petro didicerat, adhuc certior factus, Iacobellus, illam ſalutarem de S. cœna doctrinam, ſcripturæ & dictis patrum conformem, auditoribus quoque ſuis in templo S. Michaelis ſequente die jovis publice pro concione inculcare non dubitavit. Laudabili hoc exemplo admonitus & incitatus alius quidam paſtor, nomine Sigismundus Rzepanski, proximo die non modo idem populum docuit; verum etiam calicem dominicum juxta veram formam & inſtitutionem Chriſti plebi propinare non diſtulit (*a*). Hæc omnia cum fierent, Iacobellus a rectoribus, ut ait Iacobus Piccolomineus, (*b*) imminenti huic malo eccleſiæ romanæ mature obviam eundum eſſe arbitrantibus, in ſacello S. Michaelis prædicare quidem prohibitus fuit: in majorem tamen eccleſiam S. Martini receptus, liberam orationi cathedram nactus, populum publice, ne calicis communionem ſpernerent, ſed tanquam ſingulare donum ad ſalutem neceſſarium, a ſervatore omnibus ſine diſcrimine conceſſum, læta fronte ſuſciperent, commonere non deſtitit. Quod fideliſſimum Iacobi monitum magnum vulgi applauſum meruit, fautores multos & ſectatores (qui poſtea ab eo Iacobelliani (*c*) a SS. autem

(*a*) ibid (*b*) l. c. (*c*) Hofman. ſeu Hosman. tract. de commun. ſub utraque edito anno 1421. Cuſanus in epiſt. 7. ad Bohem.

Digitized by Google

autem calice, cujus reſtitutionem urgebant, Calixtini (*a*) dicti) ſibi acquiſivit & mox conſenſum magiſtratus & academiæ obtinuit (*b*). Interim ab illis qui curiæ romanæ toti addicti erant, præſertim a majoribus eccleſiaſticis, nihil intermiſſum fuit, quod ad ſupprimendam novam hanc Iacobelli doctrinam valere poterat. Hinc publice privatimque Iacobum, ut ab incepto deſiſteret, monere & minis terrere tentarunt. (*c*) Is ad Vicarium generalem in ſpiritualibus vocatus comparuit quidem, ſe tamen flecti non ſivit, (*d*) ſed perrexit potius majori animi ardore & diligentia aliis quoque ſanctam ſuam de S. cœna opinionem, quam ex S. ſcriptura & teſtimoniis patrum perceperat, communicare. Quapropter ſuæ eccleſiæ limitibus ſe circumſcribi paſſus non fuit, ſed alias quoque viſitavit prædicando, officiando &c. contra interdictum, ut ait anonymus quidam in epiſtola elenchtica ad Iacobellum, (*e*) de qua infra, ita ut ne fulmine excommunicationis quidem, quo ipſe cum ſuis petebatur, (*f*) a propoſito deterreri potuerit, quin animoſior potius redditus fuerit ad perficiendum opus Dei, ad quod miſſus erat.

§. III. His factis & fatis Iacobelli, quantum ad novum ab eo reſuſcitatum communicandi populum ſub utraque ſpecie ritum attinet, præcognitis, adhuc paucula quædam, de ſcriptis, quæ tum ipſe pro defendenda ſua ſententia, tum adverſarii ejus theologi pontificii pro ea oppugnanda & deſtruenda hoc anno ediderunt, dicenda reſtant. Inter illa autem prima ſtatim vice notanda venit *demonſtratio Iacobelli, ſeu Iacobi de Miſa per teſtimonia ſcripturæ, patrum atque doctorum, communicationem calicis in plebe chriſtiana eſſe neceſſariam* (*g*). Conſtat hoc ſcriptum ex quatuor capitibus & eſt quaſi compendium omnium argumentorum, quibus inductus Iacobus tam ſtrenue tamque con-

(*a*) Abr. Bzovii annal. eccleſ. tom. XV. ad annum 1416. p. 525. (*b*) l. c. (*c*) Dn. præp. Herm. *von der Hardt* l. c. pag. 22. (*d*) ibid. & part. XIV. cap. 2. p. 358. ſq. (*e*) ibid. cap. V. p. 350. ſq. (*f*) ibid. cap. II. p. 344. Iacob. in vind. contra Brodam part. 1. cap. XXXIX. ibid. part. XVI. pag. 508. (*g*) ibid. part. XXI. p. 805. ſqq.

Digitized by Google

conſtanter communionem laicalem ſub utraque ſpecie urſit atque defendit, de his vero in fine hujus periodi pluribus agendi locus erit. Ex theologis & doctoribus pontificiis, qui Iacobi conatibus fortiter reſtiterunt & novam ejus doctrinam ſcriptis impugnarunt, eſt *Anonymus* quidam *theologus* quisque ſive Nicolaus Dinkelſpuel,ſive alius fuerit. Hic etenim in concilio Conſtantienſi tunc degens *longam epiſtolam elenchticam* (*a*) *ad Iacobum de Miſa & contra communionem ſub utraque* conſignavit,quæ, in ſeptendecim capita diviſa,eſſe poteſt inſtar complexus omnium rationum & reſponſionum, quibus romanæ eccleſiæ addicti ſuam laicos ſub una ſpecie communicandi conſuetudinem expolire & munire, veram autem ſuæque adverſam quondam oppugnare ſoliti fuere & adhuc non infrequenter utuntur. Theologi hujus veſtigia alius quidam vir tum temporis inter pontificios celebris *M. Andreas de Broda* doctor & profeſſor in academia Pragenſi ſecutus eſt & idem cum eo negotium ſuſcipere non recuſavit. Eam ob cauſam non modo brevibus opuſculis verum etiam fuſioribus ſcriptis Iacobellum ejusque doctrinam aggreſſus eſt: de illis *tractatulus ipſius* (*b*) qui quindecim capita continet & ſuperioris epiſtolæ ſtylo & argumentis eſt adornatus: de his vero *fragmenta* quæ *in vindiciis* (*c*) prolixis Iacobelli ſuperſunt, teſtantur. Hæ *vindiciæ*, de quibus jam dictum, ſunt conſcriptæ a Iacobo de Miſa contra *opus majus Brodæ* pro communione plebis ſub utraque ſpecie, & duabus partibus principalibus abſolvuntur. In prima parte, quæ quinquaginta capita complectitur, dicta & ſententias patrum de communione ſacra adducit, examinat & male contortorum & explicatorum autoritatum a Broda verum ſenſum exponit: In ſecunda parte,quæ triginta capitibus diſtincta eſt, agit de jure mutandi antiquos eccleſiæ ritus.

§. IV. Vix menſis præterfluxit, quando grande hoc Iacobelli facinus concilio quoque innotuit. Epiſcopus enim Lutomislenſis Bohemus,ad quem præcipue Iacobi Miſæi ſcripta eucha-

(*a*) ibid. part. XIV. pag. 338. ſeqq. (*b*) ibid. part. XV. pag. 392. ſqq. (*c*) ibid. part. XVI. pag. 416.

Digitized by Google

euchariſtica hoc tempore Conſtantiam perlata, novam rem Pragæ ſubortam eſſe ſtatim indicavit (*a*) ac eo nomine, quaſi ab Huſſo originem traxiſſet, Bohemos quavis occaſione accuſavit. Cum autem varii rumores de novo hoc negotio euchariſtico ſpargerentur in concilio, nobiles Bohemi Conſtantiæ d temporis commorantes per *Petrum de Mladonyevviz* baccaaureum in artibus *epiſtolam* quandam ad concilium conſcribi curarunt (*b*), in cujus prima parte pro liberatione Huſſi Gotlebiæ in carcere detenti concilium ſollicitarunt, in altera ſuſurros iniquos a communione plebis ſub utraque, quam in Bohemia vigere, negare non poterant, declinant, petentes ne concilium obtrectatoribus aures præberet. Traditum fuit hoc ſcriptum concilio die 14. maji, (*c*) cumque epiſcopus Lutomislenſis ſenſit poſtremam partem ſe quoque ferire, utpote qui acta Iacobelli concilio denunciaverat, prolixam quandam *apologiam* (*d*) pro ſe concilii permiſſu contexuit & publice die 16. maji in concilio ad poſtremam partem epiſtolæ Bohemorum nobilium reſpondit & ſimul ut mox de opportuno remedio Bohemiam contra novas peſtiferasque hæreſes provideat, obſecravit. Poſtquam itaque hoc modo concilium de nova hac Iacobelli communione certius fuit redditum, ſtatim hæc materia publice tractari cœpit inter patres concilii Conſtantienſis, & poſt multos congreſſus & frequentes deliberationes, teſte Gerſone, ſex tandem *concluſionibus* formatis, uſum calicis euchariſtici quem urgebat Iacobus, condemnarunt & XIV. jun. concilio forte exhibuerunt (*e*). Ex his deinde proximo die ſabbathi XV. jun. in Seſſ. XIII. generali, præſente cæſare Sigismundo, præſide Ioh. epiſcopo oſtienſi cardinali Vivarienſi, *decretum condemnatorium* de ſententia Iacobelli compilatum eſt. Illud autem petitum fuit a promotoribus & procuratoribus concilii Iohanne de Piro (*f*) & Iohanne de Scribanis his verbis: *Quia in nonnullis mundi partibus perverſus mos pullulare incœpit, ut ſacer-*

(*a*) ibid. tom. IV. part. III. pag. 187. (*b*) ibid. pag. 188. ſqq. (*c*) ibid. (*d*) ibid. pag. 209. ſq. (*e*) ibid. part IV. pag. 331. it. tom. III. part. XVII. pag. 586. ſqq. (*f*) ibid. pag. 333. Bzov. l. c. ad annum 1415. pag. 415.

Digitized by Google

ſacerdotes laicos ſub utraque ſpecie panis videlicet & vini communicare non ceſſent, contra Romanæ & univerſalis eccleſiæ conſuetudinem approbatam: unde ſcandala & hæreſes veroſimiliter oriri poſſe ſuſpicamur: petimus nos, promotores & procuratores hujus ſanctæ ſynodi, in ſpiritu ſancto legitime congregatæ, per veſtras reverendiſſimas paternitates provideri ſalubriter eccleſiæ ſanctæ Dei. Statim atque hæc petitio oblata ac recitata eſſet, archiepiſcopus Mediolanenſis Bartholomæus cum aliis epiſcopis, nomine quatuor nationum & totius concilii, ambonem aſcendit & clara voce prælegit ordinationes quaſdam & decreta concilii, inter quæ fuit & illud, quo hæreſis Iacobelli damnabatur & totidem verbis ita ſonat (*a*): *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Patris & filii & ſpiritus ſancti amen. Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie aſſerere præſumant, populum chriſtianum debere ſacrum euchariſtiæ ſacramentum ſub utraque panis & vini ſpecie ſuſcipere & non ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum paſſim communicent etiam poſt cœnam vel alias non jejunum, & communicandum eſſe pertinaciter aſſerant, contra laudabilem eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter comprobatam, quam tanquam ſacrilegam damnabiliter reprobare conantur, a capite incipiendo: Hinc eſt, quod hoc præſens ſacrum conſtantienſe concilium generale in ſpiritu ſancto legitime congregatum, adverſus hunc errorem ſaluti fidelium providere ſatagens, matura plurium doctorum, tam divini quam humani juris, deliberatione præhabita, declarat, decernit, definit: Quod, licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis apoſtolis miniſtraverit ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum: tamen, hoc non obſtante, ſacrorum canonum auctoritas laudabilis & approbata conſuetudo eccleſiæ ſervavit & ſervat, quod hujusmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neque a fidelibus recipi non jejunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alius neceſſitatis, a jure vel ab eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo ad vitanda aliqua pericula & ſcandala rationabiliter introducta eſt, ſic potuit ſimili aut majori ratione introduci & rationabiliter obſervari, quod licet in primitiva eccleſia hujusmodi ſacramentum reciperetur a fidelibus ſub utraque ſpecie, tamen poſtea a conſi-*

(*a*) ibid.

conficientibus ſub utraque ſpecie, & a laicis tantummodo ſub ſpecie panis ſuſcipiatur. Cum firmiſſime credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis quam ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde, cum hujusmodi conſuetudo ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & diutiſſime obſervata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſine eccleſiæ auctoritate pro libito innovare (immutare.) Quapropter dicere: quod hanc conſuetudinem aut legem obſervare ſit ſacrilegum aut illicitum, cenſeri debet erroneum. Et pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſarum, tanquam hæretici arcendi ſunt, & graviter puniendi per diœceſanos locorum ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ pravitatis, in regnis ſeu provinciis, in quibus contra hoc decretum aliquid forſan fuerit attentatum, aut præſumtum, juxta canonicas & legitimas ſanctiones, in favorem catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores ſalubriter adinventas. Item ipſa ſancta ſynodus decernit & declarat, ſuper iſta materia reverendiſſimis in chriſto patribus, & dominis patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis & eorum in ſpiritualibus vicariis, ubilibet conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur auctoritate hujus ſacri concilii, ſub pœna excommunicationis, ut effectualiter puniant contra hoc decretum excedentes. Eos vero qui in communicando populum ſub utraque ſpecie panis & vini, exorbitaverant, & ſic faciendum eſſe docuerunt, ſi ad pœnitentiam redeant, ad gremium eccleſiæ ſuſcipiant, injuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari. Qui vero ex illis ad pœnitentiam redire non curaverint, animo indurato, per cenſuras eccleſiaſticas per eos ut hæretici ſunt coercendi, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Et hoc quidem eſt primum illud de communione ſub una decretum, ob quod Lutherus non immerito concilium Conſtantienſe *Obſtantienſe* (*a*) (etſi hoc judicium Bellarmino (*b*) & aliis pontificiis, utut huic concilio non per omnia æquis, iniquum eſſe videatur) appellavit, eo quod, *non obſtante* inſtitutione chriſti & praxi apoſtolorum & primitivæ eccleſiæ, ſola eccleſiæ Romanæ autoritate ſenſim ſenſimque introdu-

(*a*) Heidegg. hiſtor. papatus period. 5. §. 140. pag. 176. (*b*) lib. 1. de concil. cap. 7.

Digitized by Google

ductam communionem plebis ſub una tantum ſpecie ſacramentali firmavit atque roboravit, veram autem & chriſti inſtitutioni conformem ſub utraque ſpecie euchariſtiam hoc ipſo implicite prohibuit & damnavit: quamvis Wilhelmus Lindanus Ruræmundanus epiſcopus (*a*) cum Caſſandro (*b*) putet non, uti vulgo dictitatur, in hoc decreto prohibitam fuiſſe laicis utriusque ſed defenſam tantum unius ſpeciei communionem, tum in eccleſia antiquiſſima ex more uſitatisſimam. Hunc enim decreti ſenſum, ait efflagitare, ipſam patrum concilii antitheſin, qua hanc concilii conſtitutionem novo Huſſitarum errori, qui illos ſacrilegii accuſabant, opponunt, ita tamen ut iis intelligatur utriusque ſpeciei communio interdicta atque prohibita, donec eccleſiæ autoritate liceat, apud quos illa tunc exoleverat. Deinde id ex eo probat, quia a concilio Conſtantienſi nihil in græcanica, aut orientali aut indiana, imo ſeptentrionali eccleſia de communione ſub utraque ſpecie fuit immutatum, uti nec in dalmatiana eccleſia, imo nec in romana, quando in hunc usque diem conſecrante pontifice diaconus non conficiens de calice combibat. Largimur equidem lubentiſſime cum B. Gerhardo (*c*) Lindano & Caſſandro, verba hujus decreti citra omnimodum calicis interdictum exponi poſſe, nihilominus dum communionem ſub una contra Chriſti præceptum approbavit, cum Alberto Pighio (*d*) dicere haud immerito poſſumus, concilium Conſtantienſe etiam in hac re *contra manifeſtas ſcripturas, contra vetuſtatis autoritatem & catholicam eccleſiæ fidem, decreviſſe.*

§. V. Cum autem hoc modo ſex concluſiones formatæ & decretum concilii ad exſtirpandam hæreſin Iacobellianam ad Iacobellum quoque perveniſſent, ille his ipſis magis animatus & inſtigatus *apologiam* (*e*) quandam pro ſe ſuaque doctrina contra ſex concluſiones doctorum & publicum decretum concilii Conſtantienſis componere non dubitavit, in

 qua

(*a*) lib. 4. panopl. evang. c. 56. fol. 143. (*b*) Conſult. art. 22. p. m. 133. (*c*) l. c. cap. 136. (*d*) in lib. de Hierarchia (*e*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. III. part. XVIII. pag. 591. ſqq.

qua concluſiones, decretum horumque rationes examinat & refutat ſuæque ſententiæ veritatem monſtrat capitibus undecim. Quando quidem vix ſuſcitatum hoc a Iacobello negotium eucharisticum non ſolum Conſtantienſis concilii ſententiam erat expertum, ſed & a Iacobello vindicari cœperat, quieſcendum haud rati etiam alii theologi vel Iacobello obviam ituri, vel concilii definientis autoritatem defenſuri. Oppugnatus proinde a pluribus viris clariſſimis, inter quos eſt *theologus* quidam *anonymus*, qui hoc quoque anno *tractatum* quendam edidit *contra Iacobum de Miſa, & ſpeciatim contra communionem laicorum ſub utraque ſpecie*,(a) qui duabus partibus generali & ſpeciali diſtinctus conſpicitur. In parte generali agit de variis dogmatibus Iacobi de Miſa & aſſeclarum ejus Bohemorum nec non Wicleſiſtarum illius temporis, capitibus quinque: in ſecunda parte ſpeciali prolixe diſſerit de communione ſub una in tribus tractatibus peculiaribus, quorum primus exhibet generalia momenta ac fundamenta pro explicanda doctrina communionis ſub una, ſeptendecim capitibus: ſecundus recenſet argumenta pro communione laicali ſub una ſpecie, octo capitibus: tertius examinat rationes Iacobi de Miſa pro conſuetudine ſua communicandi plebem ſub utraque ſpecie allatas, capitibus quinque.

§. VI. Sed ut etiam de Huſſi ſententia & approbatione circa novam hanc Iacobelli doctrinam quidquam certi conſtet, ſciendum, quod jam ante auditam novam controverſiam eucharisticam Pragæ motam & priusquam in carcerem conjiceretur Conſtantiæ conſcripſerit *reſolutionem quaſtionis de ſanguine Chriſti ſub ſpecie vini a laicis ſumendo*; in qua licere quidem & expedire, ait, utraque ſpecie in S. cœna frui, idque ex verbis inſtitutionis Chriſti ſive ipſius S. ſcripturæ, deinde etiam ex teſtimoniis antiquitatis probat, de neceſſitate tamen illam ſumendi nihil determinat. Poſtquam autem in carcerem conjectus & ab epiſcopo Conſtantienſi in vicinā arcem delatus eſſet, eum oravit Ioh.

(a) Chriſt. Walpurg. Hiſtor. Huſſit. part. II. pag. 281. ſqq.

Ioh. Chlum Baro Bohemus ut judicium ſuum, de communione calicis, ſuis aliquando denunciandum, ferret (*a*): Tum ille *de ſacramento calicis*, inquit, *habetis ſcriptum, quod ſcripſi in Conſtantia, in quo ſunt motiva, & neſcio aliud dicere, niſi quod evangelium & epiſtola ſonant directe, & tentum fuit in primitiva eccleſia. Si poteſt fieri attentetis, ut ſaltim permittatur per bullam illis dari, qui ex devotione poſtulaverint circumſtantiis adhibitis.* Eandem ob cauſam quoque ipſe M. Stephanus Paletz & Michael de Cauſis (*b*) adverſarii ipſius inſenſiſſimi, articulorum adverſus ipſum Johanni XXIII. oblatorum hunc faciunt primum: quod ſcilicet publice calicem euchariſticum populo miniſtrandum docuerit, idque adhuc diſcipuli ejus Pragæ faciant. Nec approbavit tantum Huſſus ſumtionem ſacramenti calicis verum etiam impedimenta, quæ ipſi & Iacobo eam urgenti obſtare potuerunt, removit. Monuit etenim quendam e diſcipulis ſuis primarium, nomine Gallum Haulikom, in epiſtola die II. maji ad illum ſcripta, (*c*) ne Iacobello ejusque communioni ſub utraque, quam Chriſtus per ſe & per ſuum apoſtolum inſtituiſſet, porro, quemadmodum fecerat hactenus, reſiſteret & hoc ipſo ſciſſio inter fideles fieret. Ut etiam cognoſceret motiva pro communione calicis, eum ad librum a ſe Conſtantiæ ſcriptum remiſit. Pari modo alium quendam ſectæ ſuæ ſacerdotem (*d*) hortatus eſt: *hortare*, inquit, *ad confeſſionem fidei & communionem utriusque ſpeciei, corporis & ſanguinis Chriſti, ut qui de peccatis ſuis vere pœnitentiam egerunt, eo ſæpius ad communionem accedant.* Ex his omnibus ſatis conſtare poſſe arbitror, quod etſi Huſſus, quod tamen quidam volunt, (*e*) non fuerit autor (*f*) reſuſcitati ritus communicandi populum ſuo utraque ſpecie, illum tamen probaverit, non impugnare juſſerit & morte tandem ſua obſignaverit. Quemadmodum enim ipſe ſecundum Dubravium (*g*) prædixerat, *poculum* hunc *Bohemorum mortem ſibi eſſe acceleraturum*

(*a*) epiſt. 47. tom. 1. pag. 71. Chriſt. Walpurg. l. c. part. II. pag. 313. & 316.
(*b*) ibid. pag. 256. (*c*) epiſt. 16. Theob. l. c. pag. 66 Chriſt. Walpurg. l. c. pag. 477. (*d*) epiſt. 9. Nat. Alex. l. c. pag. 80. (*e*) Mornay l. c. cap. XI. pag. 304. (*f*) Nat. Alex. l. c. (*g*) l. c. lib. XXIII.

rum ita etiam evenit, quando hoc ipſo anno 1415. d. VI. m. julii hic vir conſtans, Bohemicæ *ſcholæ princeps, lingua potens & mundioris vitæ opinione clarus*, juxta ipſorum adverſariorum (*a*) teſtimonium, Conſtantiæ rogo impoſitus, conſtanti animo contra fidem Imperatoris & concilii concrematus eſt. (*b*) Ejus ſucceſſor in templo Bethlehemitico fuit Iacobus de Miſa (*c*).

Anno 1416. §. VII, Hujus uti in vita ita etiam in morte fidelis comes fuit Hieronymus Pragenſis, qui dum calicem euchariſticum ſimul cum Huſſo defendit (*d*), etiam cum illo acerbiſſimum martyrii calicem, antea ex humana infirmitate recuſatum, bibere anno 1416. d. 30. (*e*) menſis maji cogitur eadem conſtantia, ut teſtatur Poggius Florentinus (*f*). A morte Huſſi & Hieronymi in tres potiſſimum ſectas diviſus eſt populus Bohemicus (*g*). Una fuit eorum, qui pontificem Romanum ut eccleſiæ principem & Chriſti vicarium agnoſcebant. Altera eorum, qui cœnam Domini integram recipiebant & in miſſis nonnulla recitabant lingua populari, cæteris autem in rebus a pontificiis nihil differebant; hi alio nomine dicebantur Huſſitæ Pragenſes, (*h*) a Iacobo Iacobellani, a calice Calixtini, a commione ſub utraque utraquiſtæ, (*i*) a Rockyzano poſtea Rockyzaniſtæ (*k*). Tertia erat illorum qui non longe poſt Thaboritæ dicti, (*l*) quorum reliquiæ à pontificiis odioſo nomine Waldenſium & Picardorum (*m*) poſtremis temporibus fuere inſigniti. Hi, præterquam quod pontificem Romanum ejusque clientelam omnem appellabant antichriſtum, in multis aliis ab eccleſia Romana diſcedebant: quapropter inter has ſectas ob diverſitatem doctrinæ infinita fere fuere diſſidia, jurgia

(*a*) Æn. Syl. l. c. cap. 35. p. 50. (*b*) ibid. c. 36. p. m. 53. Chriſt. Walpurg. l. c. part. II. p. 550. Nat. Alex. l. c. §. XI. pag. 88. (*c*) Bohusl. Balb. l. c. lib. IV. cap. XI. pag. 478. (*d*) Mornay l. c. (*e*) Æn. Sylv. l. c. Nat. Alex. §. XV. pag. 90. Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. part. IIX. p. 770. ſqq. (*f*) in epiſt. ad Leonardum Aretinum (*g*) Sleid. comment. lib. III. (*h*) Bzov. l. c. ad annum 1421. pag. 612. ſqq. (*i*) Heidegg. l. c. p. 337. Pfeiff. l. c. part. 1. cap 2. p. 9. ſq. (*k*) Cron. Wimpina ſect. halucin. & ſchismat. fol. XXIX. ſqq. (*l*) Æneas Sylv. l. c. c. 40. pag. m. 61. (*m*) Camerar. in hiſtor. fratrum Bohem.

Digitized by Google

gia & contentiones, ita ut mox in apertum bellum erupuerint, de quo infra. Quando autem de calice euchariſtico res agebatur & Iacobitæ & Thaboritæ unanimiter ejus defenſionem ſuſcipiebant ac tanto quidem ardore ut truculentiſſimum adire bellum, cujus primordia hic annus præbet, non vererentur. Poſtquam enim Huſſus & Hieronymus ſancti calicis propugnatores contra omnem omnino fidem e medio eſſent ſublati, atrocibus his factis exacerbati Huſſitæ inique ac crudeliter in eos actum fuiſſe divulgarunt, fœdere inter ſe inito, firmatoque literas atroces & minaces (*a*) ad concilium miſerunt, a quo citati comparere noluerunt, (*b*) ſed martyrum ſanguinem & ſcriptis & armis ulciſci, articulos Huſſi firmare, præcipue vero communionem ſub utraque, concilii decreto interdictam, quovis modo promovere ſecum conſtituerunt, negotium hoc urgentibus magiſtris Petro Dresdenſi, Iacobello, Ieſſenitz, Chryſtan, Sueyna, Gytzim, Spitzka, Cardinalis, Coranda, Idislaus, Markolt & aliis. In horum facta verſus quosdam a pontificio quodam ſed craſſo filo compoſitos exhibet Cochlæus (*c*), quos hic recenſere opere pretium non eſſe exiſtimavimus, ſed potius de his Bohemorum actis in teſtimonium adducimus literas illas concilii Conſtantienſis hoc anno ad Cæſarem Sigismundum abſentem datas (*d*), in quibus varios exceſſus Bohemorum recenſendo de communione ſub utraq;, ab ipſis conſtanter exercita, hunc in modum loquitur, *item ultra illos errores contra determinationes ſacri concilii Conſtantienſis prædicant populum debere communicare ſub utraque ſpecie ſub pœna damnationis æternæ. Et ita populum paſſim communicant in civitatibus & villis*: adjiciunt etiam alia multa de pertubato Bohemiæ ſtatu, in qua omnia jam ad arma ſpectabant, quas turbas imminentes quondam theologum quendam Germanum Iacobello, calicem ſalutis ſe inveniſſe jactanti, prædixiſſe fert Bzovius (*e*) his verbis: *Non*

tu

(*a*) Chriſt. Walpurg. l. c. part. III. pag. 562. (*b*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. IV. part. IX. pag. 780. ſqq. (*c*) l. c. lib. 4. pag. 170. (*d*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. IV. part. IX. pag. 1078. (*e*) l. c. ad annum 1416. p. 525.

tu calicem ſalutis ſed cyathum furoris & poculum ruinæ Bohemis ſuppeditaſti, ut illo hauſto furiant, vomant & inſaniant, & mutuis ad extremum præliis inter ſe dimicent.

Anno 1417. §. VIII. Pergunt hoc anno Huſſitæ, & quidem majori cum animi ardore, Huſſi præcipue vero Iacobelli, de communione ſub utraque laicis danda, doctrinam & ſcriptis & armis firmare atque munire. Quapropter ipſa quoque *academia Pragenſis*, in qua tum temporis rector (*a*) erat Iohannes cognomento Cardinalis magiſter in artibus & baccalaureus conſenſum ſuum cum Iacobello in *publica* quadam *confeſſione*, cui nomen *ſalutaris conſilii* inditum, die 10. menſis martii anni 1417. ſub ipſo concilio Conſtantienſi juſſu coventus Pragenſis declaravit (*b*). In hac Iohannes Cardinalis totusque cœtus magiſtrorum almæ univerſ. & ſtudii Pragenſis indicant ſe plurimorum „fidelium tam magnatum & nobilium, quam aliorum condi„tionis promiſcuæ hominum crebris petitionibus urgeri, qua„tenus ipſis in materia venerabilis ſacramenti euchariſtiæ, an „id ſub utraque ſpecie a cunctis Chriſti fidelibus de lege evan„gelica noſtri præceptoris, velut ſaluti expediens licenter ſumi „poſſit, atque a clero eidem miniſtrari expediat, ſuæ confeſ„ſionis fidem plenam faciant. Cum igitur fidelium ſaluti „omnibus modis inſervire adſtringantur, ipſis fideliter ſe pro„fiteri, præſertim cum concilium Conſtantienſe prædictam „formam communionis ſub utraque ſpecie aſſeruerit, fuiſſe a „Deo inſtitutam & miniſtratam, & ſic in primitiva eccleſia diu„tiſſime obſervatam, ſalvatorem noſtrum e mundo diſceden„tem ſacramentum ſuum tradidiſſe omnibus fidelibus in refe„ctionis cauſam, cœnæ ſuæ magnificæ plenitudinem, au„gmentumque merito ſub utraque ſpecie panis & vini pro loco „& tempore aſſumendum, & ipſos ſuo adſtrinxiſſe juramento „ſub pœna non habendæ vitæ regnique cœleſtis digne impuliſſe „ad fruendum. Imperiali quoque verbo ſuis diſcipulis dixiſſe „miniſterialiter dividendum. Quapropter ſe omnes fideles horta-

(*a*) ibid. Chriſtoph. Walpurg. l. c. part. III. pag. 597. ſqq. (*b*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. III. part. XX. pag. 761. ſqq.

hortari per viſcera miſericordiæ Dei, ut ad hoc vivificum du-«
plicis ſpecie, unius tamen fidei ſacramentum utiliſſimum ac-«
cedant & properent. Quod ſi a plurimis ex anteceſſoribus,«
aut coexiſtentibus ſecum ſanis & ægris, vel ignoranter vel«
ſimpliciter hoc obſervatum non fuerit, aut alio caſu, nequa-«
quam caute aut commodioſe obſervari quiverit: poſſe ta-«
men, ut ſperent a domino ſimplicitati eorum aut neceſſitudi-«
ni miſericorditer indulgeri. Quod ſi vero huic conſtitutioni«
ac profeſſioni ſuæ, utpote inſtitutioni & doctrinæ Dei conve-«
nienti, humana quævis conſtitutio aut poteſtas obſtaret, hujus-«
modi humanæ inventionis dogma tanquam ſuſpectum & a«
veritate evangelica prorſus alienum eſſe & nullatenus adver-«
tendum. Quin potius veritati Chriſti autoris, quæ omnium«
juſſa præponderet, cui & contraria conſuetudo aut inventio«
debeat cedere, ſtudioſiſſime inſiſtendum. Hanc Pragenſis academiæ confeſſionem ab Huſſitis tanquam legem evangelicam & loco generalis decreti acceptam eſſe dicit Bzovius (a), Cochlæus (b) vero ejus temeritatem, vanitatem & falſimoniam fruſtra oſtendere conatur. Exemplum academiæ ſecutus *ſenatus & clerus Pragenſis* etiam *confeſſionem* de quatuor articulis, inter quos primus de communione ſub utraque laicis danda, ediderunt (c). Confeſſiones hæ Bohemorum de neceſſario calicis uſu, quando ad concilium Conſtantienſe pervenerunt, novis anſam dederunt vel conſiliis vel ſcriptis. Patribus quippe concilii conſultum fuit viſum, uberioribus ſcriptis vel animum vel fidem illorū oppugnare aut expugnare. Conſiliis potius quam armis rem expediendam eſſe rati: hinc *Joh. Gerſon* cancellarius regis galliæ, ut legatus Conſtantiam miſſus, magnæ in concilio autoritatis, novum hunc a concilio theologis injunctum laborem haud detrectaturus conſilium mox aliquod ſuppeditavit, quo pacto anceps hoc literarum cum Jacobello & Bohemis negotium eſſet tractandum & conficiendum. Edi-

(a) l. c. ad annum 1417. pag. 551. (b) l. c. pag. 162. ſqq. (c) Chriſt. Walpurg. l. c. part. III. pag. 602. ſqq.

dit autem hoc ſuum *publicum conſilium* (*a*) juſſu concilii pro expugnanda doctrina Iacobelli & Bohemorum eodem hoc anno 1417. die 20. aug. In hujus præfatione dicit ſe velle proferre cum evangelica paupercula duo minuta, quæ dici poſſent duplex ille denarius, quem ſamaritanus protulit & dedit ſtabulario pro cura vulnerati: unum denarium decem ſpeculativas regulas ſibi inſcriptas habere & has decem regulas generales de autoritate ſcripturæ & illam interpretandi jure proponit in cap. 1. conſilii ſui: alterum continere decem practicas regulas ſpeciales pro expugnanda doctrina Bohemorum, ſub Conſtantienſi concilio reſuſcitata, de laicorum communicatione, facienda de neceſſitate ſalutis ſub utraque ſpecie cap. 11. Gerſonem ſecutus eſt *Mauritius de Praga* in acad. Pragenſi prof. theol. in concilio Conſtantienſi tum præſens, qui publica concilii autoritate & mandato munitus, Iacobellum ejusque communionem ſub utraque *duobus tractatibus* aggreſſus eſt, quorum alter (*b*) die 8. menſis decemb. prodiit, in quo in eo præcipue occupatus eſt, ut eccleſiam & concilium Conſtantienſe habere jus calicem dominicum ſubtrahendi & ejus autoritati & determinationi quemlibet obedire oportere, oſtendat; comprehendit hic libellus ſedecim capita. Alter (*c*) eſt directus contra unum opuſculorum Iacobelli anno 1415. editum, ſcilicet contra ſupra jam memoratam demonſtrationem ipſius per teſtimonia ſcripturæ patrum atque doctorum communicationem calicis in plebe eſſe neceſſariam huic operi Mauritiano inſertam: In hoc rationes Iacobi pro ipſius ſententia ex teſtimoniis ſcripturæ & ſanctorum patrum allatas, examinat easque refutandas ſuſcipit in capitibus ſex. Sed hæc & alia pontificiorum ſcripta hoc anno in lucem edita, non impedire potuerunt, quin Huſſitarum numerus atque potentia quotidie fere creſcerent & invaleſcerent. Non modo enim eorum ad triginta

(*a*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* tom. III. part. XX. pag. 766. (*b*) ibid. part. XXI. pag. 779. ſqq. (*c*) ibid. part. XXII. pag. 805. ſqq.

Digitized by Google

ta millia, memorante Ænea Sylvio (*a*), apud caſtellum Bechingen convenere & trecentis menſis erectis ibi omnes calicem euchariſticum ſumſerunt: verum etiam templa plurima cum hoc (*b*) tum ſequenti anno (*c*), in quibus calicem S. S. miniſtrarunt & Huſſi & Hieronymi memoriam quotannis die 6. julii celebrarunt, a Wenceslao rege, ſibi ab illis timente, precibus præcipue Nicolai ab Huſſinetz nobilis cujusdam Bohemi impetraverunt, plurima tamen monaſteria & templa ſpoliarunt ac diruerunt (*d*).

§. IX. Tam ingentes Huſſitarum vires ut aliquo modo frangerentur *patres* concilii cum *Martino V.* ſuperiori anno in pontificem electo congregati fuere, & mediũ invenerunt Bohemos ab Huſſitica hæreſi reducendi: huncque in finem promulgarunt anno 1418. (*e*) ſecundum alios (*f*) vero anno 1417. *articulos XXIV.* Bohemis proponendos, juxta quos inquiſitio eſſet inſtituenda. In his articulo *XII.* mandatur: *ut omnes ſeculares qui communicaverunt ſub utraque ſpecie vel alios compulerunt & præſertim poſt inhibitionem ſacri concilii abjurent illam hæreſin & jurent illam communionem non promovere, ſed pro poſſe impedire.* articulo XVI. vero ut *omnes tractatus Iacobelli ſub compoſitione de utraque ſpecie reponantur & comburantur.* Ad promovendum hoc inquiſitionis negotium pontifex *Martinus V.* die 22. menſis febr. *bullam quandam* (*g*) publicat, in qua inquirere jubet in omnes Huſſo & Wicleffo addictos eosque graviter punire; præſcribit quoque articulos juxta quos in interrogationibus ſuis procedere debeant inquiſitores. Inter has eſt illa de communione ſub utraque: *utrum credat quod conſuetudo communicandi perſonas laicales ſub ſpecie panis tantum, ab univerſali eccleſia obſerva-* Anno 1418.

(*a*) l. c. cap. 36. pag. m. 55. (*b*) ibid. Theob. l. c. cap. 27. pag. 182. Chriſt. Walpurg. l. c. part. III. pag. 618. (*c*) Æn. Sylv. l. c. pag. m. 56. Theob. l. c. cap. 28. pag. 186. Chriſt Walp. l. c. part. III. pag. 625. ſqq. (*d*) Æn. Sylv. l. c. Cochl. l. c. lib. 4. p. 155. (*e*) Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. IV. part. XII. pag. 1514. ſqq. (*f*) Abr. Bzov. l. c. ad annum 1417. pag. 553. (*g*) Chriſt. Walp. l. c. part. III. pag. 638 ſeqq. Dn. præpoſ. Herm. *von der Hardt* l. c. tom. IV. part. XII. pag. 1518. ſqq.

Digitized by Google

ſervata & per ſacrum concilium Conſtantienſe approbata ſit ſervanda, ſic quod non liceat eam reprobare, aut ſine eccleſia autoritate pro libito immutare. Et quod dicentes pertinaciter oppoſitum tanquam hæretici vel ſapientes hæreſin, ſint arcendi & puniendi. Die 8. calend. april. idem pontifex *alias literas* (*a*) ad Bohemos ſcripſit, ſe dolenter auribus accepiſſe, quod doctrina orthodoxa in Bohemia fere ſit extincta, & enarrando varios exceſſus Huſſitarum inter alia queſtus eſt: *quod conſtitutiones frivolæ contra determinationem & decreta ſanctæ matris eccleſiæ & præſertim ſuper communione ſub utraque ſpecie temerarie promulgentur & nonnulli laici catholici ad hujusmodi communicationem ſub utraque ſpecie ſuſcipiendam manu ſeculari ſæpius conſtringantur.* Hortatus denique, ut omnes Bohemi hæretici ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ revertantur, inobedientibus vero eſt minatus. Quod ad res bellicas Bohemorum attinet, die 30. junii euchariſtiam Pragæ invito rege, qui id prohibuerat, circumtulerunt (*b*) & ſigna calicis per plateas prætulerunt; Ideo rex ſibi metuens in arcem confugit. Seditione facta in prætorium irruerunt, ſeptem conſules cum prætore de feneſtris præcipitarunt (*c*), quibus rex territus & attonitus paralyſi corripitur & moritur die 16. menſ. auguſti (*d*).

Anno 1419. §. X. Anno 1419. aliis 1418. ante (*e*) vel poſtquam (*f*) Wenceslaus e vita diſceſſit, ſurrexit Iohannes Ziska, nobilis genere ex loco cui Troſnovia nomen, cenſu tenui, in curia regis a puero enutritus & bellicis artibus exercitatus, uno carens oculo, quem ſtrenue pugnans jam pridem amiſerat, & dux Huſſitarum factus, qui infinita damna militibus cruciatis injunxit. Fuit etiam hic ſtrenuus S. S. calicis euchariſtici defenſor & vindex acerrimus in eos, qui illum contemnebant & rejiciebant, nec debito modo venerabantur (*g*). Propterea quoque a calice ſe

(*a*) Cochl. l. c. lib. 4. pag. 173. ſq. Abr. Bzov. l. c. ad annum 1418. pag. 565. (*b*) Æn. Sylv. l. c. cap. 37. pag. m. 57. Theob. l. c. cap. 29. p. 190. (*c*) Æn. Sylv. l. c. Cochl. l. c. lib. 4. pag. 175. (*d*) ibid. it. Calviſ. opus chronol. univerſ. pag. 1091. (*e*) Theob. l. c. cap. 28. pag. 188. (*f*) Æn. Sylv. l. c. cap. 38. pag. m. 58. (*g*) Abr. Bzov. l. c. ad annum 1419. pag. 587.

Digitized by Google

ſe dominum a calice appellari voluit, quanquam quidam eum ab arce quam ipſe condidit & Calich ſeu calicem nominavit hoc nomen mutuaſſe ducunt: in vexillo etiam ſuo ſignum calicis euchariſtici geſtavit (*a*). Quam Ziska armis S. S. calicis reſtitutionem quærebat, hanc alii mitiori via ſibi acquirere ſtudebant. Iuxta quorundam enim recenſionem hoc anno Pragenſes, a Sigismundo Brunnam vocati, inter alia communionem utriusque ſpeciei ſive calicis uſum ſibi precati fuere, ſed reſponſum optatum non tulere. (*b*) Hoc anno etiam, ut Theobaldo (*c*) aliisque videtur, Ziska magnos in armis progreſſus videns oppidum Thabor cum fratribus ſuis Thaboritis (qui unde nomen traxerint variant autores) (*d*) ædificavit. In hujus urbis porta exteriori pictura Ziscæ, ſenis luminibus oculorum orbati & angeli calicem tenentis, communionem ſub utraque quaſi ſuadentis, ſtetit, teſtante Ænea Syvio (*e*). Quemadmodum etiam alibi paſſim in parietibus, vexillis & templis tales imagines habuiſſe dicuntur Calixtini (*f*), ita ut quidam illis hunc verſum adſcripſerit:

tot pingit calices Bohemorum terra per urbes
ut credas Bacchi numina ſola coli.

§. XI. Anno 1420. imperator Sigismundus, poſtquam recenter ab illo defecerant Bohemi, adjutus bulla cruciata Martini V. (*g*) qua bellum contra Bohemos decernebatur & auxiliis Alberti Auſtriæ, Bavariæ & Saxoniæ ducum item Miſnenſium & Brandenburgicorum marchionum ingenti cum exercitu Bohemiam intravit (*h*), ſed variis præliis infelicibus fractus, inducias petiit, quas tamen Huſſitæ ipſi concedere recuſarunt, niſi quatuor religionis capita rata haberet & confirmaret: (*i*) *primum* erat, *ut verbum Dei per regnum Bohemiæ, libere absque cujusquam interpellatione a ſacerdotibus annunciaretur*, *ſecundum*, *ut item libe-* Anno 1420.

(*a*) Bohusl. Balbinus l. c. lib. IV. cap. XI. pag. 478. vid. effigies apud Theobaldum. (*b*) Abr. Bzov. l. c. ad annum 1419. pag. 589. (*c*) l. c. cap. 29. pag. 189. ſq. (*d*) Abr. Bzov. l. c. ad annum. 1420. pag. 596. (*e*) epiſt. 1: 2. ad Ioh. Cardin. de Carvajal id. l. c. c. 46 p. m. 72 (*f*) Abr. Bzov. l. c. ad an. 1420. p. 601. (*g*) ibid. pag. 599. (*h*) l. c. p. 598. & 600. (*i*) ibid.

libere ſacramentum euchariſtia ſub utraque ſpecie panis videlicet & vini omnibus Chriſti fidelibus, peccato mortali haud obnoxiis miniſtraretur. Tertium, ut a clero bonorum externorum poſſeſſio, & in iis jurisdictio auferretur & ordo illorum ut ad vitam evangelicam & apoſtolicam redigeretur. Quartum, ut omnia peccata mortalia, ac præcipue publica, & alia legi Dei contraria vitia, in quovis ſtatu, rite, & cum ratione, per eos ad quos pertineret corrigerentur & prohiberentur. Perlectis Sigismundus rex capitibus hiſce reſpondiſſe fertur: (*a*)*latet, anguis in herba, plenus veneno inſanabili. An ignoramus, alios præterquam ſacerdotes in regno exſtare concionatores, ut ſutores, caupones, ſtabularios? Quare non libertas hic ſed ſumma licentia quæritur. Deinde utramque ſpeciem requirunt, quaſi nos corpus ſine ſanguine accipiamus, cum dominus, panem vivum quem ſumimus, ſe nominet. Vivere autem corpus abſque ſanguine nequit, ſed manet cadaver, quod nec ſibi nec aliis prodeſt. Ac videte aliam inſuper in verbis fraudem, qua infantibus illi lenocinantur, quibus calicem propinant dicentes non eſſe eos peccato mortali obnoxios; ideoque communione euchariſtia dignos, cum apoſtolus diſerte ſcribat; probet autem ſe ipſum homo, & infantes hoc facere nequeant. In hoc etiam ut a clero bona tollantur ſacrilegi, ſuis rebus, non autem religioni conſulunt, metuentes, ac merito, ne rapta & ablata ex camera noſtra, atque aliis templis reſtituere cogantur. Itaque malunt, etiam illa quæ Deo conſecrata ſunt, in uſum ſuum vertere, tam ſcilicet pii ſunt. Nam illud poſtremum de corrigendis peccatis, nugaciſſimum. Qui enim fieri poteſt, ut auctores delictorum, iidem fiant errorum cenſores? cum omnibus notum ſit; quanta inter ſceleratos concordia exſtet.* Eosdem articulos, quos Sigismundo vel hoc anno die 6. jul. (*b*) vel ſequenti demum (*c*) Marchionibus Miſniæ Friderico & Wilhelmo, qui, ut dictum, cæſari in auxilium contra Bohemos venerant, in literis obtulere, alia tamen forma; ita enim ſecundus articulus de communione ſub utraque ſpecie, quam tantopere deſiderabant, ſeſe habet: *Vt ſacramentum diviniſſima euchariſtia ſub utraque*

(*a*) ibid. (*b*) Hoffman. l. c. part. IV. princip. (*c*) Abr. Bzovius. l. c. ad annum 1421. pag. 616. ſq.

Digitized by Google

que ſpecie panis ſc. & vini omnibus Chriſti fidelibus nullo peccato mortali indiſpoſitis libere miniſtretur juxta ſententiam & inſtitutionem ſervatoris, qui dixit: accipite & comedite hoc eſt corpus meum & bibite ex hoc omnes hic eſt ſanguis meus N. T. qui pro multis effundetur, Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. ubi datur etiam præceptum apoſtolis cum dicitur hoc facite. Gloſſa interlinearis, accipite & aliis date in meam commemorationem. Et Ioh. 6. ſalvator omnes fideles obligat ad ſumtionem hujus ſacramenti, dicens; amen amen dico vobis niſi manducaveritis carmen filii hominis. Et ibidem. Qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. Similiter 1. Cor. 11. probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat, & ad idem eſt canon de conſecr. diſt. 2. comperimus. Et concilium carthag & ponitur in canone 26. quæſt. 6. 15. qui. Et canon B. Gregor. in homilia paſchali & ponitur de conſecratione diſtinct. 2. Quid ſit. Et canon Auguſtini eadem diſtinct. dum frangitur. Et canon ejusdem. Quia paſſus & canon B. Hieronymi ſuper Sophoniam prophetam & porro quæſt. 1. ſacerdotes. Et idem docet B. Dionyſ. in libro de eccleſiaſtica hierarchia, cap. de euchariſtia. Et Cyprianus martyr epiſt. 37. delapſis. Et B. Ambroſius in lib. de ſacramentis. Et ponitur de conſecrat: diſt. 2. Hujus ſacramenti. Et Origenes homilia 16. (26.) ſuper numer. Et Auguſtinus lib. 1. de ſymbolo, & idem in ſermone quadrageſimali. Et Ambroſius in cantico ſuo. Exultet jam angelica turba cœlorum. Et libro tripartitæ hiſtoriæ Et Beda in homilia ſuper Iohannem primo capit. Et Leo Papa in ſermone XL. qui ſic incipit: prædicabimus vobis. Et Fulgentius de divinis officiis in libro, cujus prologus ſic incipit. Eaque per anni circulum. Et Remigius ſuper illo 1. Cor. XI. Calix cui benedicimus & S. Thomas ſuper 4to. quæſt. 47. & idem part. III. quæſt. 73. art. 2. & quæſt. 829. art. 3. Et Innoc. in ſuo libro de ſacramentis cap. 10. & cap. 16. & 20. Et Lyra ſuper illo proverbiorum convenite & comedite panem meum & ſuper 1. Cor. 11. Et Wilhelmus de monte Landuno in ſuo ſacramentali. Et Albertus M. in tractatu ſuo de officio miſſæ, quorum ſcripta & teſtimonia relinquimus fideli lectori.
In mscto quoque, quod nobiscum communicavit maxime venerabilis Dn. præpoſ. Hermannus *von der Hardt* pro ſingulari ſua

alio-

Digitized by Google

aliorum commodis inſerviendi ſtudio, invenimus ſupra prædictum hunc Bohemorum de communione ſub utraque articulum & tres reliquos, Pragæ die 1. auguſti in ſtuba facultatis collegii Caroli ſub rectoratu M. Martini Cunſonis de Praga deliberationem a ſtudio Pragenſi inſtitutam & poſt examinationem eorundem illos approbatos eſſe a magiſtris ſuo & totius univerſitatis nomine.

§. XII. Anno 1421. d. 6. julii habita comitia Cziaslaw, in quibus jam citati articuli firmati fuere, id quod literæ ab ipſis Bohemis publicatæ teſtantur (*a*). Si etiam Bzovio, aliisque fides eſt habenda, die 7. julii ſub Conrado Weſtphalo archiepiſcopo Pragenſi (qui antea acerrimus Huſſitarum hoſtis fuit hoc autem anno ut videtur ad eorum partes ſe applicavit) (*b*) autoritate & poteſtate magnatum, comitum, baronum &c. præſidentibus, magiſtris Ioh. de Przibram, Procopio de Pilzna, Iacobo de Miſna & Ioh. de nova civitate ſeu præmonſtratenſi ſynodus celebrata (*c*), in qua XXIII. articuli formati, juxta quos clerus in docendo procedere debeat; in quinto monentur ſacerdotes, ut *ſacratiſſima euchariſtia communionem diviniſſimam, ſub utraque ſpecie vini & panis quotiescunque ſpiritus domini ſuggeſſerit ſane ſemel tantum quotidie, alias dierum intervallo Chriſti fidelibus univerſis tam ſanis quam agris, tam adultis quam infantibus cum ingenio & pietatis conſilio effectualiter exſequendam promoveant & velut donum omnium gratiarum ardentiſſime populo recommendent.* Nec ceſſaverunt pontificii ut armis ita etiam ſcriptis ſuam communionem ſub una ſpecie ſtabilire, in contrariam vero invehere. Hinc etiam ſupra citatus *Iohannes Hoffmannus*, celebris tunc temporis theologus & profeſſor in academia Lipſienſi canonicus Miſnenſis, *tractatum* quendam compoſuit (quem apud ſæpe laudatum Dn. præpoſ. Hermannum *von der Hardt* in mscto. licet B. Calixtus (*d*) eum jam Venetiis prodiiſſe dicat, vidimus) contra quatuor articulos ab Huſſitis in epiſtola Marchionibus Miſniæ

Anno 1421.

(*a*) Theobaldus l. c. cap. 47. pag. 263. ſeqq. (*b*) Æn. Syl. l. c. cap. 42. pag. 63. Bohusl. Balb. l. c. lib. IV. cap. VI. pag. 421. (*c*) Abr. Bzov. l. c. p. 613. ſq. (*d*) l. c. pag. 109.

Digitized by Google

niæ oblatos, de quibus ſupra, præcipue vero contra ſecundum de communione ſub utraque ſpecie. Scriptum hoc in quatuor partes dividit ipſe autor & prolixe probare conatur, quod communicatio ſimplex ſeu laica, ſub duplici ſpecie ſcilicet panis & vini, non ſit de neceſſitate præcepti divini & juris indiſpenſabilis ſeu ad ſalutem neceſſaria, ſed dicere ipſam ſic neceſſariam, eſſe (1) contra ſcripturam (2.) contra figuram (3.) contra aliquorum hominum naturam (4.) eccleſiam non errantem (5.) contra ſanctorum atteſtationem (6.) contra approbatam conſuetudinem (7.) ſanctorum canonum ſanctionem (8.) doctorum catholicorum intentionem (9.) chriſtianam unitatem (10.) Chriſti voluntatem (11.) contra articulorum ſeu argumentorum ſumtorum ex ſuppoſitione fidei & eccleſiæ & doctrinæ ſanctorum evidentem perſuaſibilitatem (12.) contra fraternam caritatem. Pro horum clariori intelligentia præmittit (1.) aliqua notabilia (2.) deducit per ordinem ſingula membra (3.) adducit cauſas quare modum communicandi ſub utraque ſpecie eccleſia romana immutaverit (4.) ſubjungit ſolutiones autoritatum & rationum, quibus ſe munivit pars adverſa & (5.) infert ex dictis aliqua correlaria ad propoſitum facientia. Huic libello Hoffmanni aliud quoddam ſcriptum ex mscto antiquiſſimo adjungimus *Stephani de Paletz* theologi celebris, hoſtis Huſſi irreconciliabilis, cui nomen, *quatuor portæ inferi*, impoſuit & hoc ipſo intelligit quatuor articulos Bohemorum, qui non ſint prævalituri eccleſiam, ſecundam portam efficit articulus de communione ſub utraque, quam variis rationibus deſtruere ſtudet.

§. XIII. Cum in annis 1422. & 23. nihil notatu dignum in negotio euchariſtico occurrat, pergimus ad annum 1424. in quo Ziska adhuc victricia ſua arma circumfert, majora perpetraturus facinora, niſi hoc anno (*a*) (non uti vult Cochlæus (*b*) & Bucholzerus (*c*) anno 1427.) die 11. octob. peſte mor- Anno 1424.

E

(*a*) Æn. Syl. l. c. cap. 46. pag. m. 72. Theob. l. c. cap. 56. pag. 311. Bzov. ad annum 1424. pag. 653. (*b*) l. c. lib. V. pag. 216. (*c*) in indice chron.

Digitized by Google

mortuus eſſet. Sepulchrum ejus videtur in oppido Bohemorum Czasla, ubi ipſe quoque ſtat effictus ſtatura parva cum prolixa barba. Circa effigiem hæc verba ſunt inſculpta: *anno 1424. d. 11. ante feſtum, Galli vita defunctus Iohannes Ziska a calice, rector rerumpublicarum laborantium in nomine & pronomine Dei hoc templo conditus eſt* (*a*). Plures verſus qui ibidem de illo leguntur & præcipue geſta ejus pro calice dominico indicant exhibet Theobaldus (*b*). Circa hæc quoque tempora in claruit Iohannes Rockyzana, ideo memorandus, quia poſtea princeps inter illos, qui calicis reſtitutionem urgebant, exſtitit. Ejus ortum, nomen, vitæ genus & officium his verbis deſcribit Æneas Sylvius, (*c*) *Oppidum eſt Pragenſis eccleſia, non longe a Pelzina, cui Rochezana eſt nomen. Ex hoc loco puer obſcuris parentibus, cenſuque tenuiſſimo natus Joannes nomine Pragam venit, mendicatuque victum quærens gramatticam & dialecticam didicit. Cum adoleviſſet nobilis cujusdam pueri pædagogus factus eſt, & cum valeret ingenio, linguaque promtus eſſet, in collegio pauperum receptus, auditor Iacobelli fuit. Poſtremo presbyter ordinatus, prædicare verbum Dei Pragenſibus cœpit, ex oppido unde ortum habuit, Rochezana cognomen ducens.*

§. XIV. Annis ſequentibus usque ad annum 31. præter truculentiſſima bella ſimul pro calice obtinendo geſta, nihil fere in negotio euchariſtico actum eſſe invenimus; quamvis non negemus adhuc quædam extare ſcripta his annis in cauſa calicis euchariſtici edita, quæ tamen adhuc in mscto. videntur, de quibus ſuo forte tempore pluribus dicendi dabitur occaſio. Quoniam autem vitam & fata Iacobelli, qui per contemptum a pontificiis ita nominatus fuit, quod ſupra adhuc addendum erat, præcipui dignæ communionis promotoris deſcripſimus, mors quoque ejus paucis indicanda erit, quæ incidit in annum
Anno 1429. 1429. Hagecius eum, ſed falſo, in deſperatione obiiſſe eamque ob cauſam non in templo, ſed loco profano ſepultum fuiſſe refert (*d*). Epitaphium illius marmori inciſum in horto capellani

(*a*) Theob. l. c. cap. 56. pag. 312. Ioach. Camer. l. c. pag. 47. (*b*) l. c. pag. 313.
(*c*) l. c. cap. 45. pag. 71. (*d*) memorante Bohusl. Balb. l. c. lib. IV. cap. XI. pag. 478.

Digitized by Google

ni Bethlehemitici repertum, tale fuit: *A. D. 1429. in vigilia Laurentii mortuus eſt venerabilis vir Iacobus de Miza magiſter in artibus & ſacra theologia Baccalaureus formatus, profundus interpres ſcripturarum, & digna communionis præcipuus promotor.* (b)

§. XV. Hactenus potiora fata calicis euchariſtici, quæ in Bohemia à tempore concilii Conſtantienſis usque ad concilium Baſilienſe contigerunt contemplati, cum ſtupore obſervavimus, quomodo Bohemi ſanguinem pro obtinendo S. ſancto ſanguine chriſti pro omnibus effuſo effundere veriti haud fuerint; reſtat ut etiam alia loca latinæ eccleſiæ, in quibus communio ſub utraque poſt interdictum concilii Conſtantienſis in uſu fuiſſe legimus, aſſignemus. Quid ſi Romæ illam uſitatam fuiſſe dicamus? quid ſi ipſum pontificem romanum contra decretum concilii Conſtantienſis condemnatorium communionis ſub utraque egiſſe, adeoque in eo, in quo Bohemos erraſſe arguit, ipſum peccaſſe & indicium malæ cauſæ præbuiſſe, monſtremus? Probabimus id ex graviſſimo Henrici Kalteiſen Archiepiſc. Nidroſienſis contra Bohemos ſcribentis teſtimonio. Ille etenim, *ſic audivi*, inquit, *feliciſſimæ memoriæ Divum Martinum Papam feciſſe, qui ſicut & alii pontifices, conſuevit in feſto Paſchæ communicare laicos ſub utraque ſpecie. Accidit ut quidam Bohemus Baccalaureus in medicinis inter alios accederet & ſub utraque ſpecie communicaret qui de hoc mirabiliter gloriabatur quod communio ſub utraque ſpecie ſibi facta eſſet per ſummũ pontificem, ſed tandem in Vienna captus & ſubmerſus eſt. Quod percipiens papa Martinus ſic ſibi illuſum, ex tunc ſubtraxit calicis communionem laicis, nec unquã aliquem communicavit, niſi ſub ſpecie panis tantum in deteſtationem hæreſis Bohemorum.* Idem ſua auctoritate confirmat ſupra citatus Wilhelmus Lindanus, (c) dum ex hoc ipſo ſuam ſententiam, non prohibitum fuiſſe uſum calicis in concilio Conſtantienſi, veroſimilem reddere ſtudet. Idem Thomas Waldenſis, qui decennio fere poſt concilium Conſtantienſe ſcripſit (d) cujus quoque Caſſander (e) in hac ipſa re mentionem facit, dicit: *Scimus de conſuetudine eccleſiæ relictum eſſe majorum prælatorum induſtria ut de miniſtris altaris*

(a) Theob. l. c. cap. 68. p. 355. Bohusl. Balb. l. c. (b) l. c. (c) l. c. c. 94. (d) In tract. de comm. ſub utraque opp. pag. 1032.

Digitized by Google

taris quoſdam, aut alias perſonas illuſtres de vulgo, fide & reverentia & omni timore Dei præditas, ad hanc communicationem ſolennem in utraque ſpecie poſſint admittere. Sicut interdum ſolet Papa & alii quidam epiſcopi, imo & inter fratres ſuos quidam religioſorum præpoſiti. Idem etiam de aliis quibusdam eccleſiis & monaſteriis perhibet Ferrendus Lucenſis epiſcopus & ſedis apoſtolicæ ad regna Hungariæ & Bohemiæ legatus in epiſtola transmiſſa Bohemis & inſerta tractatui Hoffmanni de communione ſub utraque (*a*). In hac inter alia, *quamvis autem*, inquit, *apud nos in pluribus eccleſiis ſive monaſteriis ex privilegio vel ex conſuetudine ſervetur, ut non ſolum conficiens, ſed etiam alii ſub utraque ſpecie communicent: Tamen nemo ſentit hoc eſſe de neceſſitate ſalutis.*

§. XVI. Ne autem argumenta quibus pontificii in defendenda conſvetudine romanæ eccleſiæ communicandi populum ſub una ſpecie, a Calixtinis variis rationibus his temporibus impugnata, intacta reliquiſſe videamur, præcipua ex illis adhuc a nobis ſubjicienda erunt, & clariſſime inde elucefcet, quam parum doctores poſteriorum temporum illis adjecerint, & quomodo eandem in hunc usque diem cantilenam cecinerint. Hæc monſtraturi ante omnia ſtatus quæſtionis controverſæ recte formandus, qui talis erit: An ſcilicet omnibus & ſingulis fidelibus adultis laicis & clericis communicantibus, ſi nullum obſtiterit impedimentum, utraque ſpecies panis cum corpore & vinum cum ſanguine Chriſti a ſacerdote ex neceſſitate præcepti & ſalutis æternæ porrigenda ſit, & ab illis ſumenda? Affirmativam ſententiam defenderunt Calixtini ex rationibus, quæ partim conſtare poſſunt ex ſupra citata demonſtratione Jacobelli, partim etiam ex literis Bohemorum Marchionibus Miſniæ oblatis, de quibus ſupra prolixe, adeo, ut non opus ſit eas omnes huc reducere, & repetere. Deſumtæ autem erant ab inſtitutione & mandato Chriſti (*b*), praxi apoſtolorum (*c*) & primitivæ eccleſiæ teſtimo-

(*a*) part IV. princip. (*b*) Demonſtratio Jacobi l. c. cap. 1. pag. 805. id. contra Brodam l. c. part II. cap. XI. pag. 546. ſeqq. id. contra Concl. patrum conc. Conſt. l. c. cap. 1. & 11. pag. 591. ſeqq. (*c*) id. in demonſt. l. c. id. contra Brodam. part. 1. cap. VI. pag. 448. ſeqq. &c.

Digitized by Google

moniis ſacrorum canonum & patrum ſcriptis. (a) Negativam ad ductum concilii Conſtantienſis tuebantur pontificii ex ſequentibus rationibus: I. Matth. 26. *bibite ex eo omnes* &c. & Luc. 22. *dividite inter eos* &c. hæc Chriſtum dixiſſe ajebant in ultima cœna tantum ad diſcipulos ſuos præſentes, quos antea in ſacerdotes conſecraſſet, adeo ut accipientes utramque ſpeciem ſacramentalem non laicorum, ſed ſacerdotum conficientium perſonam geſſerint, & jus conficiendi ſub utraque ſpecie in miſſa ad diſtinctam repræſentationem paſſionis Chriſti &c. in omnes ſacerdotes conſecrantes futuros derivaverint (b). II. Non adfuiſſe in ultima cœna Mariam, Joſephum ab Arimathia, Nicodemum & 72 diſcipulos, hoſpitem cum familia, & alios familiares, nec ſumſiſſe utramque ſpeciem (c). III. Matth. 6. 11. Luc. 11. 3. Johan. 6. Luc. ult. 30. Act. 2. 46. 1. Cor. 5. 7. in his locis panis, manducationis carnis & cibi, bibitionis ſanguinis, non autem vini mentionem fieri & tamen de euchariſtia ibi ſermonem eſſe (d). IV. Dictum Joh. 6. 53. *niſi manducaveritis* &c. non manducationem & bibitionem ſacramentalem, ſed ſpiritualem, reſpicere (e), quæ ſit neceſſaria. V. 1. Cor. 11, 23. ſqq. Paulum non præcepiſſe uſum communionis ſub utraque, ſed tantum nude narraſſe quomodo Chriſtus ſuis diſcipulis dederit utramque ſpeciem (f). VI. Rationem

(a) id. in demonſtr. l. c. cap. 11. pag. 806. ſeqq. id. contra Brodam l. c. cap. 1. pag. 530. ſeq. ib. pag. 546. ſqq. &c. (b) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. cap. VII. pag. 356. ſq. Broda contra Iacob. l. c. cap. II. pag. 396. ſq. Anon. tract. contra Brodam tract. ſpec. l. c. cap. X. & XI. pag. 705. ſqq. Hoffman. l. c. quartæ partis part. II. & III. (c) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. cap. VII. & IX. pag. 357. ſqq. Broda contra Iacob. l. c. cap. III. & IV. pag. 397. ſqq. Anon. in tract. contra Iacob. l. c. tract. II. cap. IV. pag. 729. ſqq. Hoffman. l. c. part. II. princip. (d) Anon. in epiſt. ad Iac. l. c. cap. VII. pag. 356. Broda contra Iac. l. c. cap. II. pag. 394. ſq. Hoffman. l. c. part. II. princ. (e) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. cap. IX. p. 359 Broda contra Iac. l. c. cap. I. pag. 392. ſqq. Concl. patr. conc. conſtant. l. c. cap. III. pag. 589. Anon. theol. l. c. tract. II. cap. V. pag. 731 tract. III. cap. II. pag. 743. ſq. & cap. XIV. pag. 799. ſqq. Hoffman. l. c. Steph. Paletz l. c. (f) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. cap. X. pag. 363. ſq. Broda contra Iac. l. c. cap. XIX. pag 404. ſqq. concl. patr. conc. conſt. l. c. cap. III. pag. 590. Anon. contra Iac. tract. III. cap. III. pag. 749. ſqq. Hoffman. l. c.

Digitized by Google

tionem deſumebant e figuris Vet. T. quarum quaſdam communionem ſacerdotum ſub utraque ſpecie, quaſdam laicorum ſub una deſignare dicebant, ut Gen. 14. v. 18. 1. Reg. 20. v. 8. Levit. ubi ſolis ſacerdotibus libaminibus uti licebat Deut. 12, 27. 1. Sam. 14, 27. Exod. 12, 5. ſqq. Exod. 16. v. 12. ſqq. Sap. 16. v. 20. (a) VII. ſub altera ſpecie panis æque ac ſub utraque totum & integrum Chriſtum verumque ſacramentum ſumi, ita ut quoad fructum nulla gratia neceſſaria defraudentur, qui unam duntaxat ſpeciem accipiunt (b). VIII. Multos ſanctos viros, doctores & ſacerdotes ipſos etiam infantes, qui non calicem euchariſticum ſumſerunt, fore damnatos (c). IX. Eccleſiam catholicam, quæ a Spiritu S. regitur, a multis jam annis graviter erraſſe, quod abſurdum (d). X. Eccleſiam habuiſſe poteſtatem abolendi circumciſionem, mutandi tempus celebrationis Paſchæ & formam baptiſmi, ut, cum olim apoſtoli in nomine Chriſti baptizarunt, ipſa nunc in nomine patris filii & ſpiritus ſancti baptizet; & ſicuti potuit mandare, ut non niſi jejuni ſacra euchariſtia fruantur, etſi quondam non jejunis hoc ſacramentum ſit traditum, ita & eadem ratione potuiſſe unam ſpeciem ſacramentalem laicis ſubtrahere & præcipere ut altera tantum porrigatur rationabilibus inducta cauſis (e). XI. Laudabilem

(a) Anon. in epiſt. ad Iac. l. c. cap. IIX. pag. 358. Broda contra Iacob. l. c. cap. III. p. 396. ſqq. Anon. contra Iac. l. c. cap. III. pag. 725. ſq. Hoffman. l. c. part. II. princ. (b) Anon. in epiſt. ad Iac. l. c. cap. IX. p. 371. Broda contra Iac. l. c. cap. X. p. 408. ſqq. & cap. XV. XVI. p. 460. ſqq. & in vind. Iac. part. I. cap. XI. pag. 456. ſqq. ib. cap. XVI. pag. 463. Concl. patr. Conc. Conſtant. l. c. cap. III. pag. 389. Anon. contra Iac. part. 2. tract. 1. cap. IX. pag. 713. ſq. Maur. contra Iacob. tract. 1. cap. IX p. 793. ſqq. Hoffman. l. c. Steph Plactz l. c. (c) Anon. contra Iacob. l. c. tract. 1. ſpec. cap. IX. pag. 703. Hoffman. l. c. Steph. Paletz l. c. (d) Maur. tract. 1. contra Iacob. l. c. cap. III. pag. 785. ſqq. Hoffman. l. c. Steph. Paletz. l. c. (e) Broda contra Iac. l. c. cap. XIII. p. 412. & in vind. Iacob. part. II. cap. II. pag. 531. ſqq. & cap. IV. pag. 538. & cap. XXIV. pag. 570. Anon. contra Iacob. l. c. part. II. ſpec. tract. 1. cap. XVI. pag. 715. Maur. contra Iacob. l. c. tract. 1. cap. IV. pag. 787. cap. VIII. pag. 793. Concl. patr. Conc. Conſt. l. c. cap. II. pag. 595. Dec. Conc. Conſt. contra commun. ſub utraque l. c.

Digitized by Google

bilem conſuetudinem eccleſiæ pro lege eſſe habendam (*a*) XII. Varia pericula cum ſacrilegii tum erroris (*b*), quæ ex uſu calicis euchariſtici eſſent metuenda, eccleſiam impuliſſe ad ejus ſubtractionem, quod ſacrilegium foret, (1) ſanguinem Chriſti immortalem & indiviſibilem per peplam mulierum fundere, barbas virorum madidare & terram irrigare: (*c*) (2) facile fieri poſſet ut, cum vinum benedictum ad infirmos longe diſtantes ab eccleſia defertur, per lapſum jumenti vel hominis effundatur: (*d*) (3) periculum eſſet, ut ſi vinum in ſacrario ſervatur in acetum mutaretur (*e*) vermes inde & putredo naſcerentur (*f*) & ſic ſanguis Chriſti eſſe deſineret: (4) multi, qui non poſſunt bibere vinum, ponerentur in periculo ſalutis & a Chriſto ad impoſſibile obligarentur: (*g*) (5) quia pro magna plebe præſertim tempore peſtilentiæ & belli oporteret vaſa magna præparare (*h*) (6) vaſa ſacra nec paſſim tractata vel tacta a laicis ſordem contrahere poſſent: (*i*) (7) nec ubique reperitur vinum vel care ſaltem cum eccleſiæ damno comparari deberet: (*k*) (8) ne laicis occaſio errandi præberetur, ut crederent quod ſub ſpecie panis non eſſet totus & integer Chriſtus & ſic in errorem Neſtorii inciderent: (*l*) (9) ne laici putarent, quod tanta ſit dignitas laicorum circa ſumtionem corporis Chriſti ſicut eſt ſacerdotum & ſic ſibi uſurparent officium ſacerdotale: (*m*) (10) nec exiſtimarent, quod virtus huius ſacramenti non ſit principalius in conſecratione, quam in ſumtione: (*n*) (11) quod eccleſia non recte ſentiret de ſacramentis nec in hoc eſſet imitanda: (*o*) (12) quod concilia generalia præſertim conſtantienſe erraſſet in fide & bonis operibus & ſic multiplex foret occaſio ſeditionum & ſchiſmatum in

chriſtiani-

(*a*) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. cap. X. pag. 374. ſqq. Broda contra Iac. l. c. cap. XIII. pag. 413. & in vind. Iacob. cap. XLVI. pag. 520. & 522. ſqq. Anon. contra Iacob. l. c. tract. 2. ſpec. c. III. pag. 721. Maur. l. c. tract. 1. cap. V. pag. 787. ſq. &c. (*b*) Maur. l. c. lib. II. cap. II. p. 829. (*c*) Anon. in epiſt. ad Iac. l. c. cap. IX. p. 370. (*d*) ibid. (*e*) ib. (*f*) Gerſon. in conſil. publ. l. c. cap. II. pag. 78. (*g*) Anon. in epiſt. l. c. p. 371. Broda in vind. Iacob. l. c. part. 1. cap. IV. pag. 438. (*h*) Anon. in epiſt. l. c. Broga contra Iac. l. c. cap. IX. pag. 408. (*i*) Gerſon. l. c. (*k*) ibid. (*l*) Anon. in epiſt. ad Iacob. l. c. Broda l. c. (*m*) Gerſon. l. c. (*n*) ibid. (*o*) ibid.

Digitized by Google

chriſtianitate (*a*). XIII. Omnibus his rationibus adjicere ſolebant teſtimonia patrum, (*b*) præſertim ſcholaſticorum & modernorum, quæ cuncta hic recenſere nimis prolixum foret. Et hæ quidem ſunt præcipuæ illæ rationes quibus pontificii his temporibus ad defendendam & ſtabiliendam eccleſiæ ſuæ laicos ſub una ſpecie communicandi conſuetudinem contra Bohemos uſi fuerunt, de quibus nobis placet judicium Eraſmi, (*c*) quando ait: ***ut dicam ingenue quod ſentio, demiror cur viſum ſit immutare quod a Chriſto fuit inſtitutum, cum cauſa quas afferunt*** (ſcil. patres concilii Conſtantienſis) ***non admodum graves videantur.*** Quod ut clarius pateſcat, ad prædicta argumenta ex ore & ſcriptis Iacobi de Miſa brevem reſponſionem dabimus & quidem ad I. falſum eſſe quod hoc mandatum Chriſti ad ſolos diſcipulos & ſucceſſores eorum ſacerdotes ſacrificantes tendat, quia diſcipuli Chriſti in ultima cœna totius eccleſiæ & gregis Chriſti perſonam ſuſtinuerunt, quos Chriſtus ut paſtor corpore & ſanguine ſuo tunc temporis paſcebat & recreabat. Idem probare perpetuam praxin primitivæ eccleſiæ quæ populo utramque ſpeciem præbuit, præterea Chriſtum alibi diſcipulis dixiſſe, quod vobis dico, dico omnibus. (*d*) ad II. Mariam, hoſpitem domus &c. non adfuiſſe, nondum ſatis probatum eſſe, cum ex ſilentio ſcripturæ non liceat firmiter concludere, ſed poſito adfuiſſe, non tamen inde colligi poſſe, illos nunquam ſ. euchariſtia ſub utraque ſpecie uſos fuiſſe. (*e*) ad III. dicta loca vel plane de euchariſtia non agere, vel, ſi agunt, ſynechdochicam in illis contineri locutionem, quæ in ſcriptura frequens eſt, ita ut, cum hic panis, fractionis & manducationis &c fit mentio, non excludatur potus & bibitio (*f*) ad IV. illud Ioh. ***niſi mandu-***

caveri-

(*a*) ibid. (*b*) Anon. in epiſt. ad Iac. l. c. cap. IX. p. 373. ſqq. Broda in vind. Iacob. l. c. part. II. cap. XII. & XIII. ſqq. pag. 552. ſqq. Concl. patrum Conc. conſt. cap. II. & III. pag. 758. ſqq. Anon. contra Brodam l. c. tract. 2. ſpec. cap. III. p. 725. ſq. & cap. VI. ſqq. pag. 733. ſqq Hoffman. l. c. part. II. princip. (*c*) epiſt. lib. 4. pag. 467. (*d*) Iacob. in vindic. contra Brodam l. c. part. 1. cap. IV. & V. pag. 438. ſqq. ibid. cap. IX. pag. 452. ſqq. (*e*) ibid. cap. VI. pag. 448. & cap. VIII. pag. 452. ſq. & cap. X. pag. 454. ſq. (*f*) ibid. cap. VII. pag. 450. ſq.

Digitized by Google

taveritis &c. ſecundum Iacobum & de ſpirituali manducatione atque bibitione & de ſacramentali ſimul intelligi poſſe & hunc manducandi corpus & bibendi ſanguinem Chriſti modum cadere in communitatem fidelium fragilem; cum ſpirituali manducatione & bibitione corporis & ſanguinis Chriſti ſine modo ſacramentali tantum angeli, animæ ſanctorum in futura vita & ſupra humanum modum viventes fruantur. (*a*) Secundum B. Chemnitium (*b*) vero aliosque theologos noſtratium facile concedere poſſemus hic ſermonem eſſe de ſpirituali, cum alia loca ſint quæ evidenter demonſtrent communionem ſub utraque eſſe percipiendam. Ad V. ſi verum eſt, diſcipulos Chriſti præſentaſſe totam communitatem in ultima cœna, mandatum Chriſti etiam ad illam reſpexiſſe, per conſequens Paulus quoque hic voluit impleri mandatum domini a corinthiis ſuis. (*c*) Ad VI. præterquam quod theologia ſymbolica non ſit argumentativa, has figuras ſ. euchariſtiam plane pro figurato non habere, cum rem ſignatam non deſignent, ſed potius aliud quid denotare poſſint. (*d*) Ad VII. ad eſſe quidem Chriſtum totum & integrum ſub una ſpecie panis naturaliter & per concomitantiam, quia adeſt corpus Chriſti vivum & ſanguine præditum; non tamen adeſſe ſacramentaliter ſecundum Chriſti inſtitutionem, qui ſanguinem per modum potus ſub vino & corpus Chriſti per modum cibi ſub pane diſtincte porrigi vult & ſumi. (*e*) Ad VII. de illis, qui vel ignorarunt præceptum Chriſti de communione ſub utraque ſpecie ſumenda, aut eam a doctoribus docti non ſunt, aut magno cum deſiderio uſum calicis expetiverunt, impetrare tamen non potuerunt, bene eſſe ſperandum; cum non defectus ſed deſpectus ſacramentorum damnet. (*f*) Ad IX. eccleſiam catholicam errare quidem non poſſe, particularem vero, ut eſt romana, poſſe. (*g*) Ad X.

F ecceleſiam

(*a*) ibid. cap. II. pag. 418. ſqq. Iacob. contra concluſ. patrum conc. conſt. l. c. cap. VII. pag. 630. (*b*) l. c. pag. 128. (*c*) id. in vind. contra Brodam l. c. cap. XIX. pag. 464. ſqq. id. contra concil. patr. conc. conſt. l. c. cap. IIX. pag. 636. ſqq. (*d*) id. in vind. contra Brodam part. I. cap. XII. p. 458. ſq. (*e*) ibid. cap. XI. pag. 456. ſq. (*f*) ibid. cap. II. pag. 428. ſq. (*g*) cap. XXIX. pag. 490. ſq. & cap. XLVII. pag. 522. ſqq.

eccleſiam ritus in V. & N. T. præceptos temporarios & quoad circumſtantias accidentales mutare poſſe, non vero perpetuos & ſubſtantiales. (*a*) Ad XI. eccleſiæ eſſe obediendum quatenus veritati & voluntati Dei nihil contrarium mandat. (*b*) ad XII. in genere reſpondemus, quod propter periculum aliquod externum nihil poſſit omitti ab inſtitutione Chriſti (*c*) nec Chriſtus nec primitiva eccleſia ideo prohibuerit utriusque ſpeciei uſum: (*d*) præterea omnia illa pericula facile præcaveri queant: (*e*) ad ſingula autem reſpondere opere pretium eſſe non exiſtimamus cum ex his generalibus momentis dubia illa cuncta ſolvi poſſint. Ad XIII. autoritates patrum ab illis adductas vel non probare id quod probandum erat, (*f*) vel eſſe ſuſpectas, (*g*) cum pleræque ab illis doctoribus deſumantur, qui vixerunt illis temporibus, quibus jam conſuetudo communicandi populum ſub una ſpecie in eccleſia latina viguit. Poſſumus quoque ipſis opponere doctorum & patrum primitivæ eccleſiæ teſtimonia, quæ ſine dubio modernorum erunt præferenda authoritatibus.

PERIODVS II.

Continet fata calicis eucharistici ab ipſo concilio Baſilienſi usque ad concilium Tridentinum.

§. I.

Anno 1431. SVb initium anni 1431. pontifex Martinus V. miſit in Germaniam Iulianum Cardinalem St. Angeli cum poteſtate per dupli-

(*a*) ibid. part. II. cap. II. pag. 530. ſqq. & cap. IV. V. VI. pag. 538. ſqq. & cap. X. pag. 542. ſqq. & XXIV. pag. 570. ſqq. (*b*) ibid. part. I. cap. XL. pag. 510. ſqq. & cap. XLVII. pag. 522. ſqq. & cap. XLIX. pag 526. ſqq. ibid. part. II. cap. XXV. pag. 574. Iacob. contra Concl. patr. Conc. Couſt. cap. IV. pag. 608. ſqq. (*c*) id. in vind. contra Brodam. l. c. part. I. cap. XLVI. pag. 520. ſqq. (*d*) ibid. cap. XLVIII. pag. 524. ibid. part. II. cap. XXI. pag. 560. ſqq. (*e*) ibid. (*f*) ibid. cap. XII. XIII. &c. (*g*) ibid. cap. XXVI. pag. 576. ſqq.

duplicem bullam ipſi conceſſa (*a*) & aliis Eugenii IV. ſucceſſoris Martini mortui d. 20. Februarii, confirmata, (*b*) principes Germaniæ ad bellum contra Bohemos animandi & tempore adveniente concilio Baſilienſi nomine apoſtolico præſidendi. Ipſe quoque ingentem collegit exercitum, qui tamen panico terrore territus fugit, fruſtra reſiſtente Cardinali, (*c*) qui paulo poſt Baſileam reverſus ad concilium proſequendum, quod autoritate Martini indictum conſenſu Eugenii approbatum, juſſu Cardinalis vero per Iohannem de Polomar pontificii juris doctorem ſacri palatii apoſtolici auditorem & Ioh. de Raguſio theol. prof. ord. prædicat. procuratorem inchoatum erat (*d*). Statim atq; Baſileam rediit præcipua ejus cura fuit; ut Bohemos & Moravos pro calice ſtantes, quos armis vincere non poterat, mitiori via ad eccleſiæ gremium reduceret; hinc non modo per literas concilii (*e*) ipſiusq; cæſaris (*f*) illos ad concilium evocari curavit: verum etiam oratores Ioh. Niederium dominicanum cœnobii Baſilienſis priorem & Ioh. Gelhuſium nomine concilii in eadem cauſa ad eos ablegavit; hi etiam Norimbergæ ſubſiſtentes per literas cum ſuas tum concilii cum illis egerunt (*g*) & effecerunt, ut Bohemi conventum Egræ expetrent, ubi de commeatu ſeu ſalvo conductu, quem concilium promiſerat, aliisque rebus tractaretur. Inchoata fuit hæc ſynodus Egræ d. 8. may. anno 1432. & duravit dies viginti Anno 1432. & unum (*h*) & poſtquam in ea Bohemi concilii oratores & principes de commeatu præſtando &c. inter ſe conveniſſent & Bohemi de fide concilii per duos oratores ſuos, qui Baſileam præmiſſi redierant, certiores eſſent redditi, miſerunt tandem multis licet invitis (*i*) ad concilium oratores ſuos ſalvo

con-

(*a*) Cochl. l. c. lib. VI. pag. 236. ſqq. Abr. Bzov. l. c. ad annum 1431. pag. 760. ſqq. (*b*) id tom. XVI. pag. 3. (*c*) Æn. Sylv. l. c. cap. 48. pag. 74. ſqq. Abr. Bzov. l. c. (*d*) Orthvini Gratii faſc. rerum expetend. & fugiend. fol. CLVI. Abr. Bzov. l. c. (*e*) Orthv. Grat. l. c. Sev. Binii Conc. gener. & provinc. tom. IIX. pag. 99. ſq. (*f*) Theob. l. c. cap. 77. pag 390. ſq. (*g*) Orthv. Grat. l. c. Sev. Bin. l. c. in append. pag. 161. 173. ſqq. 236. &c. (*h*) Orthv. Grat. l. c. (*i*) Cochl. l. c. pag. 245. ſqq.

conductu concilii munitos inter quos præcipui Procopius ductor exercitus thaboritarum M. Iohan. de Rockyzana &c. Hi d. 4.
Anno 1433. jan. anni 1433. Baſileam venerunt (*a*) poſtridie vero (ut habet Æneas Sylvius (*b*) vel nono die (ut nonnulli volunt (*c*)) ejusdem menſis cum ad ſynodum acceſſiſſent benigne eos fuit allocutus Iulianus Cardinalis legatus & in prolixa oratione, in perſona eccleſiæ habita, ad pacem & dilectionem eos commonuit & ut a diſputando deſiſterent, atq; in decidendis controverſiis judicio eccleſiæ ſe ſubmitterent, ſuaſit. (*d*) M. Rockyzana etiam ſermonem habuit, in quo multa de afflictionibus & conſolationibus quibus Deus hactenus ſe affecerit locutus & gratiarum actionibus concilio in ſpecie Cardinali pro benevola ad concilium evocatione, honorifica ſuſceptione &c. præſtitis poſtulavit diem nomine Bohemorum quo audirentur. (*e*) Deſtinatus illis fuit d. 16. jan. quo die ipſe Rockyzana primum Bohemorum articulum *de communione ſub utraque* ſpecie proponere cœpit usque in tertium diem horis ante meridiem; deinde Wenceslaus Thaborita ſecundum articulum de corrigendis & puniendis peccatis publicis in medium protulit per biduum ſpacium; eique ex pontificiis reſpondit Ægidius Carlerius Diaconus eccleſiæ cameracenſis per quatuor dies: cum ſecutus Vdalricus presbyter orphanorum (ita ſe vocabant quidam Thaboritarum poſt mortem Ziſcæ) & de libera prædicatione verbi Dei diſſeruit, illique ſe oppoſuit Henricus cognomento Ferrum Frigidum theol. ord. præd. per tres dies: poſtremo quartum articulum, qui erat de civili dominio clericorum, ſpatio trium dierum propoſuit Petrus Payne Anglus, quem refutavit Polomarus tribus diebus. (*f*) De his Bohemorum orationibus, quantum nos quidem ſcimus, nulla hactenus in lucem prodiit. Rockyzanæ, cujus diſſertatio noſtrum præprimis propoſitum reſpicit, libertate a concilio petita & im-

(*a*) Theob. l. c. cap. 79 pag. 399. (*b*) l. c. cap. 50. pag. 78. (*c*) Cochl. l. c. pag. 274. Theob. l. c. pag. 400. (*d*) Æn. Sylv. l. c. (*e*) Sev. Binius l. c. pag. 192. ſqq. (*f*) Cochl. l. c. pag. 248. ſq. (*g*) Orthv. Gart. l. c. fol. CLVIII. Cochl. l. c.

Digitized by Google

impetrata, reſpondit celebris ille doctor pontificiorum Ioh. de Raguſio per octo dies horis antemeridianis (*a*). Statim ſub initium ſuæ orationis quatuor ſibi obſervanda eſſe dicit I. opportunas & neceſſarias excuſationes præmittendas II. auxilium divinum implorandum III. neceſſarias & conſuetas proteſtationes annectendas IV. eccleſiæ romanæ conſuetudinem in communione unius ſpeciei quoad populum laicalem firmandam, ſtabiliendam ac roborandam nec non adverſa propulſanda. Has partes generales ordine proſequitur & dum ad elucidationem quartæ partis deſcendit, ponit talem ſtatum quæſtionis: *utrum communio diviniſſima euchariſtia panis ſcilicet & vini ſit utilis multum & ſaluti expediens toti credentium populo neceſſaria & a domino ſalvatore præcepta.* Pro determinatione hujus quæſtionis primo præmittit ſuppoſitiones generales ſedecim & ſpeciales quinque, ſecundo concluſiones tres, quod ſcilicet communio diviniſſimæ euchariſtiæ ſub utraque ſpecie panis ſcilicet & vini populo credentium non ſit neceſſaria 1. abſolute 2. nec ex ſuppoſitione, nec 3. conſuetudine & ſtatuto eccleſiæ in oppoſitum ſit multum utilis vel expediens. Prætermiſſa prima concluſione tanquam per ſe nota, alteram probare conatur per legem divinam Vet. & N. T. praxin Chriſti, apoſtolorum doctrinam & inſtitutionem ſacrorum conciliorum, conſuetudinem eccleſiæ quæ ex antiquiſſimis temporibus & ex multis centenis annorum fuit univerſaliter in eccleſiam introducta, per ſanctorum patrum teſtimonia aliasque rationes. Tandem adjicit reſponſiones generales & ſpeciales ad propoſitiones Rockyzanæ, quas omnes recenſere cum nimis prolixum foret eas ſilentio tranſibimus. Has ſex diebus iterum fortiter impugnavit M. Rockyzana (*b*) de quo tamen in tam magno Bohemicorum ſcriptorum defectu nihil fere notandum habemus. Ad hæc denuo longam reſponſionem formavit Ioh. de Raguſio, quam in mscto vidimus, qua eadem fere methodo

F 3 ut

(*a*) ibid. Sev Binius l. c. pag. 243. ſqq. (*b*) Orthy. Grat, l. c. fol. CLVII. Cochl. l. c. pag. 205.

ut in priore oratione ad refutandas objectiones Rockyzanæ, utitur. Cum autem diſputatio diſputationem pareret, Wilhelmus dux Bavariæ concilii protector rem amice compoſiturus conſtituit deputatos, qui de concordia & conciliatione tractarent, de qua tamen Bohemi audire nolebant, niſi prius de quatuor propoſitis articulis deciſio fieret (*a*). Cum autem nihil effici potuerit, decrevit ſynodus inſignem legationem cum oratoribus Bohemorum Pragam mittere, ubi ad diem S. Trinitatis populus eſſet conventurus, ut eo melius de concordia, quam oratores Bohemorum accipere recuſabant, agere poſſent. Profecti itaque ſunt eo d. 14. april. Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis, Petrus Auguſtenſis Epiſcopus, Ioh Polomarus, Fridericus Parsberger, Alexander Spârur ICtus Anglus, Thomas Haſelbachius theologus Viennenſis, Henr. Toegius, Martin. Bernerius Decanus Turonenſis &c. cumque Pragam veniſſent Bohemos ad concordiam & unitatem adhortati fuere, quæ tamen Bohemis non placebat, niſi declaratio quatuor articulorum præcederet; (*b*) hinc petierunt legati in certa forma ſibi dari hos articulos, quos cum accepiſſent (*c*) ad concilium miſerunt. Impetrata tandem fuit declaratio trium articulorum a concilio, & propoſita a legatis in publico regni conventu, qui etiam juſſu concilii Bohemis retulerunt, quod ſi trium horum articulorum declarationem & pacem eccleſiaſticam accipere vellent inveniri poſſe rationem, qua de quarto articulo, hoc eſt de communione ſub utraque ſpecie, res per concordiam tranſigeretur. Bohemi cupidi quid ſuper prædictum articulum ipſis eſſet offerendum, reſponſum de tribus articulis dare recuſabant, niſi illud prius audiverint, hinc de communione ſub utraque hujusmodi facta eſt declaratio: *fiet iſto modo, quod vobis ſuſcipientibus eccleſiaſticam unitatem & pacem realiter & cum effectu & in omnibus aliis, qui in uſu communionis utriusque ſpeciei fidei & ritui univerſalis eccleſiæ vos conformantibus; vos qui talem uſum habetis, communicantes ſub duplici ſpecie cum autoritate domini noſtri Ieſu Chri-*

(*a*) Orthv. Grat. l. c. (*b*) ibid. (*c*) Cochl. lib. VII, pag. 265. ſq.

Digitized by Google

Chriſti ſponſi & eccleſiæ ſponſa. Et articulus ille in ſacro concilio diſcutietur quoad materiam de præcepto ad plenum, & videbitis quid circa illum articulum pro veritate catholica ſit tenendum, & agendum pro utilitate & ſalute populi chriſtiani. Et omnibus mature & digeſte per tractatis; nihilominus ſi perſeverantes in deſiderio veſtro, hoc veſtri Ambaſiatores poſtulaverint, ſacrum concilium ſacerdotibus veſtris communicandi ſub utraque ſpecie populum veſtrum, eos videlicet qui in annis diſcretionis conſtituti, reverenter & devote poſtulaverint, autoritatem & facultatem in domino largietur: hoc obſervato, quod ſacerdotes ſic communicantibus ſemper dicant, quod ipſi debent firmiter credere, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer totus Chriſtus ac legati ſacri concilii mandabunt univerſis & ſingulis cujuscunque ſtatus & conditionis ut Bohemis & Moravis utentibus dicta communione ſub duplici ſpecie nemo audeat improperare & hoc faciet ſacrum concilium quando conceſſionem libertationis faciet memoratam. (*a*) Poſtquam autem ſacerdotes & magiſtri Bohemorum varia dubia moverunt, uberiorem declarationem hujus conceſſionis adjecerunt legati, dicentes: *Non eſt intentionis S. concilii permittere communionem ſub duplici ſpecie permiſſione tolerantia vel ſicut judæis fuit permiſſus libellus repudii: quia cum S. concilium per viſcera materna caritatis exhibere dictis Bohemis & Moravis intendat, non eſt intentionis concilii permittere tali permiſſione quæ peccatum non excludat: ſed taliter elargiri ut autoritate domini noſtri Ieſu Chriſti & eccleſiæ veræ ſponſæ ſua ſit licita & digna ſumentibus utilis & ſalutaris.* (*b*) Tandem poſt varios multosque congreſſus ultro citroque habitos inita fuit concordia die ultimo novembris & manuum ſtipulatione firmata parte ex utraque, cum verbali promiſſione ſupra prædictis facta Pragæ in collegio Caroli. (*c*)

§. II. Hæc concordata, quæ vulgo *compactata* dicta, confirmatio concilii per Philibertum anno ſequenti 1434. facta roboravit, (*d*) nondum tamen per omnia plenum effectum ſortiri poterant. Quamvis enim omnes fere ordines eccleſiæ Roma- Anno 1434.

(*a*) Orthv. Grat. l. c. fol. CLIX. Cochl. l. c. p. 271. ſqq. (*b*) Orthv. Grat. l. c. fol. CLIX. (*c*) Cochl. l. c. pag. 274. (*d*) Theob. l. c. cap. 8. pag. 386.

Romanæ reconciliati fuiſſent, Thaboritæ tamen & orphani illi ſe ſubjicere recuſabant & urbem Pilſnam adhuc obſidione claudebant, unde odium inter Barones nobiles &c. & Thaboritas variis ex cauſis enatum, ita ſuit auctum, ut tandem ad arma utrimque deſcenderint, & cum congrederentur Thaboritæ ad interneccionem usque cæſi fuerint; atq; ita contigit quod Sigismundus quondam prædixiſſe fertur *Bohemos non niſi a Bohemis ſubdomari poſſe.* (*a*) Hac percepta victoria imperator Sigismundus monuit Bohemos, ut ſe regem ſuſciperent & porro quietem procurarent, petitionibus quoque Bohemorum ſatisfacturus, qui, ut Ratisponam veniret eum ſolicitarant, eo ſe contulit, ubi etiam legati concilii comparuerunt & Bohemi magno numero Sigismundum regem ſalutantes. Imperator quoque auditis quæ de religione incommune convenerant conventa probavit eaque ſervari juſſit. (*b*) Poſtea ſequenti ſcilicet anno 1435. ſacerdotes Huſſitarum & Rockyzana cum legatis Baſilienſium Brunnæ convenientes de compactatis diſputarunt, quæ ut penitus conſummarentur conventus alius Iglaviæ præſente Cæſare Sigismundo habendus, indictus fuit. (*c*) Cum autem quidam eſſent, qui fidem Cæſaris circa compactata elevarent, ipſe literas dedit d. 3. jan. anni 1436. ornatas ſigillo cæſareo, in quibus ſpondet & promittit ſe confirmaturum capitula, quæ concordata fuiſſent & manuum ſtipulatione firmata debeantque ſigilli munimine roborari & ad executionem deduci juxta formam Brunnæ concordatam & noviter patribus recognitam & confeſſatam, (*d*) quod etiam re ipſa præſtitit imperator d. 5. julii Iglaviæ ubi ex pacto conventus habebatur. In hoc enim imperator, legati Baſilienſes literis concilii muniti, (*e*) quibus ipſis poteſtas data cum Bohemis de compactatis agendi eaque confirmandi, & regni Bohemiæ gubernator, Barones, nobiles &c. adfuerunt, qui in publico foro Iglaviæ præſente Cæſare imperiali-

Anno 1435. [margin, beside "vari juſſit. (b) Poſtea ſequenti ſcilicet anno 1435."]

Anno 1436. [margin, beside "d. 3. jan. anni 1436."]

(*a*) Dubrav. l. c. lib. XXVII. pag. 259. (*b*) Abr. Bzov. l. c. ad annum. 1434. pag. 342. (*c*) Cochl. l. c. lib. IIX. pag. 287. Abr. Bzov. ad annum 1435. pag. 373. (*d*) id. annum 1436. pag. 401. (*e*) ibid. pag. 402.

Digitized by Google

rialibus infulis decorato & aſſiſtente numeroſa populi multitudine compactata primum legatis concilii obtulerunt literis authenticis communita, deinde pro ipſorum executione de tenenda & obſervanda comitate eccleſiaſtica & pace alias literas ſecundum formam Brunnæ condictam. Poſt hæc quatuor deputati cum pleno & authentico mandato nomine omnium tam eccleſiaſticorum quam ſecularium reverentiam & obedientiam Canonicam præſtiterunt, legati quoque, juxta concilii Conſtantienſis injunctionem, comitatem eccleſiaſticam per eos factam & obedientiam ac reverentiam exhibitas acceptarunt & pacem pronunciarunt eis ſervandam. (*a*) De his inſtrumentum executionis compactatorum a legatis conceptum teſtatur, in quo compactata ſuperius jam recenſita ſuper com-„ munione ſub utraque repetuntur & mandatur Archiepiſcopo„ Pragenſi, Olomuzenſi, & Lutomislenſi Epiſcopis aliisq; Prælatis,„ ut petentibus communionem ſub utraque dare non recu-„ ſent, & ſcholares qui ita communicant, promoveant. Item„ ut nemo Bohemos & Moravos propter hanc communionem„ improperet aut famæ ipſorum quidquam detrahat. (*b*) Vt„ brevibus dicam, omnia illa capitula, de quibus concordia inita,„ confirmata & ſigillis Philiberti Sigismundi & Alberti Auſtriæ Ducis & Marchionis Moraviæ roborata. His ergo ſic peractis ſequenti die magna ſolennitate Bohemi & Moravi anathemate ceteriſque cenſuris ſoluti & in eccleſiam per legatos introducti fuere. Vbi Rockyzanam ad altare accedentem uni ex laicis ſacramentum ex calice dediſſe ferunt, propter quod facinus in aliena eccleſia commiſſum compactata fere annullata eſſent. (*c*) Ne autem ex parte Bohemorum aliquid requireretur ad firmandam concordiam, publicatum mox fuit a Gubernatore edictum univerſale quo Bohemis & Moravis pacem factam eſſe declarabat & ut eandem ſervarent, edicebat. (*d*) Plura præterea Sigismundum Bohemis & Moravis conceſſiſſe

G quam

(*a*) ibid. pag. 402. (*b*) Cochl. l. c. pag. 289. (*c*) ib id. pag. 296. (*d*) ibid. pag. 295.

quam a legatis concilii conceſſa erant, narrant ſcriptores: (a) „in ſpecie quod attinet communionem ſub utraque; promiſit ſe „curaturum, ut communicantes ſub una ſpecie in ſæpe tactis regno Bohemiæ & Marchionatu, ne confuſa ſequatur commixtio contra proprias eorum voluntates & libertates, non „ſuſtineantur, ſed duntaxat in illis locis in quibus communio „duplicis ſpeciei temporibus retroactis non ſervata fuerit. De„inde, ut materia occaſioque litium auferretur loca omnia & „ſingula eccleſiarum populique parochiarum ſignentur in qui„bus & a quibus communio, duplicis ſpeciei in praxi teneatur „ut in futurum in perpetuo in eisdem obſervetur. Vt Bohemi „Archiepiſcopum cum ſuffraganeis eligant quos ipſe eſſet con„firmaturus. Tandem ſcholares diœceſis Pragenſis communi„cantes ſub utraque ſpecie, ſi idonei fuerint ad ſacros ordines „promoveantur & ordinentur. Item Epiſcopus Olomuzenſis & „Lutomislenſis petentibus dent communionem ſub utraque & „ſcholares idoneos promoveant & ſacerdotes diſponant ſua„rum diœceſium, in quibus præfata communio annis elapſis „ſervata fuit, qui ſic populum, ut præmittitur, ſub utraque „communicent. Poſtremo ut plebani, ſi qui ad proprias re„dire cum ſcitu & conſenſu ſui diœceſani voluerint parochias, „populum ſub duplici ſpecie communicent, qui antea ſic „communicavit & in locis, in quibus præfata ſervaretur com„munio. Quod ſi non fecerint, non ſint tolerandi, ſed alii „qui ſub duplici ſpecie communicant populum laicalem, per „diœceſanum, vel per alios ad quos pertinet, in loca illorum ſub„ſtituendi. Tandem pollicitus fuit in verbo cæſareo ſe vigila„turum, ut prædicti articuli ſuum effectum realiter ſortiantur „apud concilium & pontificem. Super hæc Rockyzanæ Præ„latus Pragenſis eccleſiæ promiſſus, qui etiam paulo poſt ele„ctus & a Cæſare confirmatus fuit (b).

§. III.

(a) ibid. pag. 297. ſqq. Abr. Bzov. l. c. pag. 404. Bohusl. Balb. Miſcella hiſtor. & geneal. regni Bohem. Decad. I. lib. VIII. epiſtolari epiſt. 68. pag. 85. ſq.
(b) Theob. l. c. cap. 84. & 85. pag. 420.

§. III. Poſtquam itaque communio ſub utraque, ſed certis iisque graviſſimis conditionibus, Bohemis & Moravis illam petentibus Iglaviæ conceſſa eſſet, in certiorem confirmationem anno ſequenti 1437. decretum illud de conceſſione calicis euchariſtici Pragæ in templo corporis Chriſti juſſu Cæſaris Philiberti & legatorum concilii publicabatur & poſtea a Bohemis in parietibus & portis hujus ædis & St. Michaelis aureis literis exprimebatur, quemadmodum etiam in faſtigio templi Teinenſis calicem aureum depictum quondam viſum fuiſſe, memorat Theobaldus. (a) Ex parte autem concilii nihil ſupereſſe videbatur, quam ut ſicuti in compactatis promiſſum erat, deciſionem daret; an eſſet de præcepto Chriſti & neceſſitate ſalutis ſub utraque ſpecie communicare, id quod etiam fecit d. X. calend. jan. ſeſſ. XXX. quando tale decretum promulgavit: *SS. generalis ſynodus Baſileenſis in ſpiritu S. legitime congregata, univerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidius videatur pro declaratione catholicæ veritatis quid circa perceptionem ſacræ euchariſtiæ tenendum ſit, & agendum pro utilitate & ſalute populi chriſtiani, poſt diligentem perſcrutationem divinarum ſcripturarum ſacrorumque canonum & doctrinarum a ſanctis patribus & doctoribus traditarum, in hac ſancta ſynodo, quod fideles laici ſeu clerici communicantes & non conficientes adſtringuntur ex præcepto domini ad ſuſcipiendum ſub utraque ſpecie panis ſcilicet & vini, ſacrum euchariſtiæ ſacramentum. Sed eccleſia quæ regitur ſpiritu veritatis ſecum manente in æternum & cum qua Chriſtus manet usque ad conſummationem ſeculi (ſic ait divina ſcriptura) ordinare habet, quomodo ipſis non conficientibus miniſtretur, prout pro reverentia ipſius ſacramenti, & ſalute fidelium viderit expedire; ſive autem ſub una ſpecie ſive ſub duplici quis communicet ſecundum ordinationem ſive obſervantiam eccleſiæ proficit digne communicantibus ad ſalutem. Nec ullatenus ambigendum eſt, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integer totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi populum ſub una ſpecie, ab eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta & ha-*

Anno 1437.

(a) l. c. cap. 85. pag. 412.

Digitized by Google

& hactenus diutiſſime obſervata & a doctoribus divinæ legis ſacrarum ſcripturarum & canonum multam peritiam habentibus jam a longævo tempore commendata pro lege eſt habenda, nec alicui licitum eſt eam reprobare, aut ſine authoritate Eccleſiæ ipſam immutare. (a) Eodem hoc anno ut Bzovio, (b) vel ſequente demum (c) ut Orthvino Gratio ſed minus recte videtur, Bohemi ad concilium miſerunt oratores cum literis credentialibus & commendatitiis Imperatoris Sigismundi d. 21. jul. & univerſitatis Pragenſis d. 6. jul. datis (d) ad proſequendum, proponendum, allegandum, diſputandum, petractandum, concludendum & conſummandum omnia & ſingula, quæ juxta formam compactatorum adhuc facienda erant, & obtulerunt novem petitiones concilio. Inter has quæ ad communionem ſub utraque ſpectant ſunt ſequentes: „(e) 1. ut ad tollenda diſſidia omnibus in regno Bohemiæ & „Moraviæ uniformis communio ſub utraque ſpecie concede„retur & hoc ſecundum ea, quæ in mandato bullæ legatorum „& in compactatis nomine concilii eſſent inſerta in cap. *pro „firmitate*: ubi ſic dicit: & omnia alia fiant, quæ pro obſerva„tione dictæ pacis & unitatis neceſſaria fuerint & opportuna. „2. ut pro amputanda falſa ſuſpicione & vacillatione putan„tium, quod ſacrum concilium præfatam communionem ſub „utraque ſpecie ſibi conceſſam, ad tempus duntaxat permiſe„rit, non utilem nec ſalutarem, ſed ut libellum repudii, dignaren„tur juxta illud capitulum in compactatis poſitum: *Primo di„xerunt quod non eſt intentionis &c.* ſibi & ipſorum conceſ„ſioni ſalubriter & mature providere, & illud capitulum una „cum aliis ipſum munus legatorum ipſorum conſequentibus, „bullis literarum ſuarum firmare ac perpetuare. 3. Petierunt, ut „pro tuenda impoſterum inclyta fama regni & Marchionatus „pro oſtendenda & manifeſtanda ſua innocentia, pro eo quod „communicaverunt & communicant & communicabunt ſub „utraque ſpecie dignarentur dare & ordinare & deſtinare lite-

ras

(a) Abr. Bzov. ad annum 1437. pag. 431. ſq. (b) l. c. pag. 437. (c) ibid. (d) ibid. pag. 438. (e) Orthv. Grat. l. c. fol. CLX. Abr. Bzov. l. c.

Digitized by Google

ras ſacri concilii in modo & forma oſtenſioni magis accom-"
moda & congrua ad omnes principes, tam ſeculares quam"
ſpirituales, civitates & communitates juxta compactata. 4. Tan-"
dem ſupplicarunt, ut in diſcuſſione in materia communionis"
ſub utraque ſpecie de ejus præcepto a domino ad omnes fi-"
deles non procederetur aliter niſi ſecundum judicem in Egra"
compactatum, hoc eſt ſecundum legem divinam, praxin Chri-"
ſti & apoſtolorum ejus, concilia generalia & ſecundum ſen-"
tentias doctorum virorum veraciter ſe in lege Dei fundantium."
Ad has petitiones reſponſiones a concilio ordinatas fuiſſe non"
autem datas dicit Orthvinus Gratius(a) & ad 1. quidem quod ex"
allegato capitulo neque concilio competat jus ſanciendi & fa-"
ciendi Bohemis, quod pro bono pacis & unitatis tenean-"
tur dimittere communionem ſub una ſpecie, cum promiſerint"
omnia facere quæ pro obſervatione pacis & unitatis fuerint"
opportuna, opportunius autem nihil eſſe pro ea conſervanda,"
quam ſi ipſi in modo communicandi uſui vicinorum, alio-"
rum & totius eccleſiæ latinæ ſe conformarent; neque"
competat Bohemis jus ad petendum, ut ſacrum concilium"
omnes ad communionem utriusque ſpeciei compellat, cum"
hoc ſit contra compactata, in quibus communio ſub utraque"
perſonis, quæ ſunt conſtitutæ in annis diſcretionis illamque po-"
ſtulaverint tantum concedatur. Vt autem omnis abſit coactio"
præcipiatur. Ad 2. quod omnia, quæ concilium tenea-"
tur ratificare, jam ſint ratificata & ſuper ea literæ datæ. Quod"
autem dicant de communione ſua, illam, poſtquam ab eccleſia"
eſſet conceſſa, non eſſe amplius inſtar libelli repudii vel quæ pec-"
catum non excludat. Ad 3. quod concilium non teneatur ali-"
quas ad principes & communitates circumſtantes literas dirigere
niſi juxta præinſertum capitulum, quod incipit: *infirmitate*. Il-"
las promptum eſſe facere & dirigere juxta ſeriem ipſius in"
forma rationabili & honeſta. Ad 4. reſponſum, ſe in hoc ipſorum"
precibus eſſe ſatisfacturum."

(a) l. c.

§. IV. Quandoquidem communio ſub utraque duris ſane conditionibus permiſſa fuit, & concordata, quæ pacem & quietem procurare debebant, per concilium firmata; ſperandum omnino erat Bohemiam quietam & pacatam futuram, ſed contrariũ mox experientia probavit. Dum poſt ipſa compactata Bohemia parum quieta & pacata fuit, & lapides quaſi offenſionis & diſſenſionis fuerint. Præterquam enim quod in regibus & archiepiſcopo eligendis maximæ ſemper turbæ orirentur, de compactatorũ obſervatione ſemper jurgia & diſſidia vigebant, quando pontificii Bohemos & hi iterum illos de eorum violatione accuſabant, Rockyzana Calixtinorum partes ſtrenue defendente. Accedebat, quod pontifices, Eugenii IV. qui compactata confirmaverat, ſucceſſores neque concilii Baſileenſis neque compactamotorum in illo compilatorum fautores eſſent & quocunque modo illa annullare ſtuderent; id quod in progreſſu plenius patebit. Pontificii, qui oſtendere volunt Bohemos compactata violaſſe, ajunt, magiſtros & clerum Pragenſem ac conſules communitatum Pragenſium anno 1441. feria quarta ante feſtum St.
Anno 1441. Viti edidiſſe articulos ſex illis plane contrarios, (a) 1. *ut compactata cum eccleſia Romana ab omnibus efficaciter teneantur 2. ut omnes prædicatores affirment communionem utrîusque ſpeciei eſſe veram, utilem & ſalubrem 3. ut nullus audeat prædicare, quod tantum ſumatur ſub una ſpecie quam ſub utraque, cum hoc ſit contra communicantes ſub utraque ſpecie, 4. ut nullus audeat porrigere ſub una ſpecie publice & occulte 5. ut omnes plebani manu propria communicent populum ſub utraque ſpecie 6. ut ſic communicantes nullus audeat quovis modo diffamare ſeu hæreticos aut ſchiſmaticos dicere, ſed ab omnibus teneantur pro fidelibus chriſtianis. 7. ut omnes ſacerdotes Pragenſes & monachi ſint ſub obedientia magiſtri Przibram & Procopii.* Sed vera certe cauſa, uti jam dictũ, in ipſis pontificibus quærenda eſt. Hi etenim Bohemos ad plenariam unitatem eccleſiæ, ſuæ reducere volebant & ſic terminos per compactata poſitos transgrediebantur. Eum namq; in finem
Anno 1448 miſit Nicolaus Papa anno 1448. in Bohemiam Cardinalem St. Angeli

(a) Cochl. l. c. lib. IX. pag. 335. Abr. Bzov. l. c. ad annum 1441. pag. 742.

geli Ioh. de Carvajal, a quo Bohemi confirmationem compactatorum & electi Rockyzanæ in Archiepiſcopatu quæſierunt quidem, obtinere tamen non potuerunt. (a) Huc quoq; anno 1451. Anno 1451.
Æneas Sylvius epiſcopus ſenenſis profectus eſt & inter alia cum gubernatore ejus regni Georgio Podiebrad & Thaboritis de religione colloquium habuit deque compactatis & præcipue de communione ſub utraque, (b) atq; Bohemiam iterum eccleſiæ romanæ ſubjicere ſtuduit. Omnium maximo autem in Bohemorum converſione occupatus fuit Ioh. de Capiſtrano ord. Fr. Min. prof. qui non modo in Bohemia aliisque locis vicinis prædicabat; verum etiam communionem ſub utraque damnabat, omnibusque, qui eam reliquerant & ad eccleſiam redierant, plenam indulgentiam concedebat. Hinc ei fortiter ſe oppoſuit Ioh. Rockyzana & per literas collationem in illa materia cum eo habere flagitavit; quam diſputationem primum quidem non recuſare videbatur Capiſtrano, poſtea tamen a ſe declinavit. (c) Anno 1452. Cardinalis Cuſanus vir doctiſſimus iter in Bohemiam paravit (d) Anno 1452.
ut idem cum prioribus negotium ſuſciperet: Sed cum præmiſſo pro ſecuritate ſua ſacellano non clarum ab omnibus reſponſum ferret, per literas (e) cum Bohemis egit quarũ quædam Ratiſponæ, quædam Brixinæ datæ fuere. In his confutat Bohemorum doctrinam & confidentiam de compactatis & de neceſſitate dandi laicis euchariſtiam ſub utraque ſpecie, atq; variis ex rationibus perſuadere eos allaborat, ut ad gremium eccleſiæ romanæ revertantur. Sed his ipſis nihil omnino profecit, quin Bohemi potius animoſiores facti ad defendenda compactata & aſtruenda communione ſub utraque ſpecie omnibus neceſſaria, præſertim cum anno 1458. opera Ioh. Rockyzanæ Georgius Podiebrad poſt mortem Ladislai in regem elige- Anno 1458.

(a) Cochl. l. c. lib. X. pag. 349. ſqq. Abr. Bzov l. c. tom. XVII ad annum 1448. pag. 32. ſqq. (b) Æn. Sylv. epiſt. 129. ad Card. Ioh. de Carvajal (c) Cochl. l. c. pag. 367. ſqq. Dubr. l. c. lib. XXIX. pag. 273. (d) Cochl. l. c. lib. XI. p. 383. Abr. Bzov. l. c. ad annum 1452. p. 78. ſqq. (e) Card. Cuſan. opp. vol. II.

eligeretur. (*a*) Hic etenim non modo compactatorum & communionis dignæ inſignis propugnator fuit, verum etiam in coronatione ſua hæreticam pravitatem abjicere omnesque hæreſes regno ſe ejicere velle promiſit. (*b*) Eam ob cauſam quo-
Anno 1462. que anno 1462. Barones regni Koska, Tizko & Procopium de Rabenſtein &c. ad Æneam Sylvium, tunc pontificem Pium II. ablegavit, & eccleſiæ romanæ obedientiam præſtitit ea lege, ut Papa Bohemorum compactata approbaret. Quod cum denegaret Pontifex Pius II., quòd conditiones conceſſioni appoſitæ non ſervarentur, ut ipſe ait, rex iratus Pragæ in feſto S. Laurentii conventum celebrandum indixit, in quo de pontifice querens, quod compactata annihilare vellet, confeſſionem publicam edidit & juravit ſe cum ſuis compactata & communionem ſub utraque, in qua natus & enutritus eſſet, velle tenere atque defendere & circa hanc mori & vivere. Poſtea auxilium ſibi ab aſtantibus ad compactata defendenda expetivit, quorum quidam regis precibus annuere, quidam renuere videbantur. (*c*) His & aliis factis exacerbatus Pontifex Pius II. non ſolum per peculiarem bullam Wratislaviæ d. X. decemb. per inquiſitorem hæreticæ pravitatis Gregorium Hein ordinis præd. publicatam compactata irritavit; (*d*) verum etiam alia bulla anno
Anno 1463. 1463. irritationem illam confirmavit & Wratislavienſes adverſarios regis, ab obedientia erga regem abſolvit, aliosque contra Georgium incitavit. (*e*) Cum nihilominus neglectis his omnibus rex pergeret compactata & calicem euchariſticũ ſuo præſidio munire,
Anno 1464. Pontifex Paulus II., Pii anno 1464. demortui ſucceſſor eum non modo diris perſecutus & anathemate percuſſit, atque quotannis in bulla cœnæ dominicæ gravi cum infamia excommunicatum publice denunciavit: verum etiam cruciatam expeditionem contra illum induxit, Matthiam Hungariæ regem adverſus eum inſtigavit, quem & titulo regni Bohemiæ dona-

(*a*) Cochl. l. c. lib. XII. pag. 409. Dubr. l. c. lib. XXX. pag. 281. (*b*) ibid. pag. 282. (*c*) Cochl. l. c. pag. 246. ſqq. Dubr. l. c. pag. 283. ſq. Abr. Bzov. l. c. ad annum 1462. pag. 381. ſqq. & pag. 398. ſqq. (*d*) Bohusl. Balb. l. c. lib. V. cap. VI. pag. 528. (*e*) Cochl. l. c. pag. 430. ſqq.

Digitized by Google

donavit anno 1466, unde truculentiſſimum ſeptennale bellum poſtea ortum. (*a*) Hæc cum agerentur, non ceſſarunt pontificii & Rocyzaniſtæ de ſua quique communione decertare, cujus rei inter alia teſtis eſſe poteſt tractatus inter capitulum eccleſiæ metropolitanæ Pragenſis & Rockyzanam anno 1465. (*b*) coram rege habitus, (cujus acta in mscto vidimus.) Vbi capitulum conatibus Rockyzanæ ejusque communioni valde reſiſtebat, eos ad conſtantiam hortante & animante Paulo II. in literis anno 1465. ad eos datis. (*c*) Neque vero Rockyzana ſuis defuit partibus, id quod *ſcripta* ab illo edita ſatis ſuperque declarant. Inter hæc eſt illud, quod *contra doctores quosdam apoſtatas*, qui in conventu quodam ſecularium & eccleſiaſticorum varia contra communionem ſub utraq; propoſuerant, edidit, adhuc tamen in mscto habetur. Sex autem propoſitiones in eo, quorum quoque Conradus Wimpina (*d*) mentionem facit, refutandas ſuſcipit. Prima eſt, quod *ſacramentum altaris ſub ſpecie prima ſit totum, plenum & perfectum ſacramentum*, ſecunda, quod *non plus nec minus contineatur ſub duplici ſpecie, quam ſub prima.* Tertia, quod *omnes gratias, quas fideles accipiunt, ſuſcipiant ſub prima ſpecie & non minus.* Quarta, quod *ſanguis Chriſti bibatur ſub ſpecie prima ſacramentaliter, ſicut ſub ſecunda.* Quinta, quod *ſacramentum altaris viſibiliter nihil operetur aut efficiat in anima.* Sexta, quod *poſt prohibitionem Papæ omnes laici qui communicant ſub utraque ſpecie peccent mortaliter.* Huic tractatui varia ſcripta a pontificiis ſcriptoribus, inter quos eſt quidam Bohemus doctor nomine Wenceslaus, tum hoc, tum ſequentibus annis oppoſita fuere; quæ omnia adhuc in msctis latent. Tandem anno 1471. celebris geſtis, dignitate & virtutibus Rockyzana d. 22. febr. mortuus & cum eo ad tempus tota fere controverſia de calice euchariſtico ceſſavit, & ſepultus fuit in baſilica Deiparæ Teinenſis ante altare, ubi etiam in clypeo ſtat depictus cum ſolea in cujus medio videtur ſtella, cui adſcripti verſus in-

Anno 1466. Anno 1465. Anno 1471.

H

(*a*) Cochl. l. c. p. 429. & 439. Dubr. l. c. p. 286. (*b*) Cochl. l. c. p. 438. (*c*) Bohusl. Balb. l. c. decad. 1. lib. VI Archiepiſc. epiſt. CVIII. p. 185. ſq. (*d*) l. c. fol. XXVIII.

in eruditi referente Balbino.(*a*) Eum d. 22. mart. ſecutus rex Georgius, Rockyzanæ amicus optimus & communionis ſub utraque promotor ſtrenuus. (*b*) Poſt horum præſtantiſſimorum virorū obitum nihil fere notatu dignum in negotio euchariſtico actum usque ad tempora Lutheri, invenimus, præterquam quod varias confeſſiones a fratribus Bohemis qui & Piccardi & Waldenſes dicti editas, in quibus quoque uſus calicis euchariſtici defenſus fuit, legamus. (*c*) Calixtini autem quibuscum nobis præprimis res eſt, nihil quantum nobis quidem conſtat edidere, nihilominus quamvis pontifices compactata confirmare noluerint, conſtanter uſum calicis usque ad Lutheri tempora & ulterius ſibi ſervarunt, de quo epiſtola Slechtæ ad Eraſmum (*d*) & Caſſander (*e*) teſtantur. Prius quam autem hoc ſeculum relinquamus, non reticendi eſſe videntur viri quidam illuſtres, qui etiam in aliis terris præcipui SS. calicis promotores fuere. Talis fuit in germania Ioh. de Veſalia concionator Wormatienſis, (*f*) in Italia Hier. Savanorola monachus dominicanus, (*g*) tales fuerunt alii plures, quos ſuppeditabit Flacius.

§. V. Quieverat paululum, uti dictum, de calice euchariſtico controverſia, quando Lutherus ſpiritu divino motus denuo communionem ſub utraque cum aliis chriſtianæ religionis dogmatibus urgere incœpit. Quemadmodum autem in toto opere reformationis obſervamus, quomodo Lutherus per gradus profecerit & mitiori animo illud tractare inchoaverit: ita etiam in ſpecie in impugnando abuſu eccleſiæ romanæ in communione ſub una ſeſe geſſit, dum eam ab initio tanquam rem natura ſua indifferentem tractavit & propter conditionem fratrum infirmorum ad tempus concedendam eſſe

Anno 1519. voluit. Illud enim demonſtrat *concio* ipſius anno 1519. habita in qua probat & deſiderat, ut eccleſia per concilium univerſale ſtatueret, ut in ſacramento cœnæ utraque ſpecies populo non

minus

(*a*) id. epit. rer. Boh. lib. V. cap. X. pag. 558. (*b*) ibid. (*c*) Orthv. Grat. in epiſt. hiſt. Boh. l. c. fol. LXXXI. ſqq. Ioch. Camer. l. c. pag. 272. (*d*) lib 4. p. 462. (*e*) in tract. de commun. ſub utraque opp. pag. 1039. (*f*) Catal. teſtium veritatis pag. 1907. (*g*) ibid. pag. 1914.

Digitized by Google

minus quam ſacerdotibus exhiberetur: nihilominus ob hunc ſermonem invidioſiſſime Lipſiæ præſertim traductus fuit, ita quidem, ut eum in Bohemia natum, Pragæ enutritum & in Wicleffi libris inſtitutum eſſe dicerent. Inter omnes tamen maximum in hac re adverſarium vidit Ducem Saxoniæ Georgium, qui poſtquam accepiſſet hanc concionem d. 27. decemb. 1519. eum graviter apud electorem Saxoniæ accuſavit & inter alias rationes hanc quoque attulit, quod illa de S. euchariſtia ſententia hæreſin Bohemicam ſapiat, ad illam confirmandam valeat, imo jam plus ſex millibus hominum auctus ſit poſt hujus ſermonis publicationem in Bohemia communicantium ſub utraque numerus. Cui elector d. 29. dec. inter alia reſpondiſſe fertur, ſe hanc opinionem Luthero defendendam relinquere. (a) Publicavit quoq; anno 1520. d. 24. jan. *Stolpa Ioh. epiſcopus miſnenſis decretum contra hunc ſermonem*, quo mandabat ſuis, ut hoc ſuppreſſo libello populum docerent ſub utralibet ſpecie cœnam domini repræſentari totam. (b) Eo cognito Lutherus paulo poſt ſcripſit *declarationem ſermonis ſui*, in qua nondum quidem urget, ſed optat tantum ex eccleſiæ decreto communionem ſub utraque, Bohemos autem, qui eam ſervant, pro hæreticis haberi debere negat; quia eccleſiæ conſenſu facultatem illam obtinuerint, & in autores decreti officiales Stolpenſes graviſſime invehit minime ſcandaloſum eſſe probans aut hæreticum, quod a futuro concilio aliquid optaverit. (c) Interea Eccius aliiq; apud pontificem Leonem effecerant, ut ille *bullam* quandam *contra 41. propoſitiones* (d) Lutheri, e libris ipſius extractas promulgaret easque damnaret. Inter has quoque fuit illa: (e) *conſultum ſibi videri, ut eccleſia in communi concilio ſtatueret laicos ſub utraque ſpecie communicandos. Nec Bohemos ſub utraque ſpecie communican-* Anno 1520.

(a) Vit. Lud. a Sekendorff. comment. hiſt. & apolog. de Luther. lib. 1. ſect. 26. §. LXIV. pag. 94. tom. I. altenb. fol. 331. (b) tom. I. jen. lat. fol. 493. (c) tom. I. Alt. 339. Ioh. Sleidanus l. c. lib. II. pag. 35. ſq. Sekend. l. c. (d) id. l. c. ſect. 28. §. LXXIV. pag. 114. ſq. Sfort. Pallav. hiſt. conc. trid part. I. lib. I. cap. XX. pag. 27. (e) Conr. Wimpina l. c. fol. LXXIV.

Digitized by Google

nicantes eſſe hæreticos aut ſchiſmaticos. Hanc pontificis bullam, poſtquam publicata fuit, Lutherus non modo *duobus ſcriptis* impugnavit, (*a*) ſed & articulos in ea damnatos aſſerere non deſtitit, & quidem illum de communione ſub utraque ita, ut contrariam communionem nondum penitus damnare & tollere auderet, aut dignam tanquam neceſſariam cuiquam obtruderet. Hoc præprimis conſtare poterit ex *epiſtola* ipſius *ad electorem Saxoniæ* anno 1522. data, (*b*) *ex tractatu de communione ſub utraque*, (*c*) quem anno 1523. ad comitia Norinbergenſia miſit Georgius dux Saxoniæ, apud ordines inſtans, ut debito modo contra Lutherum decerneretur, (*d*) ex *epiſtola ad Albertum comitem Mansfeldiæ de communione ſub una* anno 1425. (*e*) & *alia ad amicum quendam contra iteratum edictum epiſcopi Miſnenſis de communione ſub utraque* data anno 1528. (*f*) item ex *libello viſitatorio Saxonico*, qui eodem anno prodiit, (*g*) ex quo tum Lutherum tum Phil. Melanchtonem idem fere de communione ſenſiſſe patebit, quamvis & hujus mens ex *locis communibus* ipſius anno 1623. Hagenoæ editis eluceat. Quam tamen mox in melius mutarunt utrique, quando communionem ſub utraque non amplius ut rem indifferentem, ſed tanquam neceſſariam omnibus urſerunt, quod præcipue libellus viſitatorius Saxonicus anno 1538. denuo editus (*h*) docebit. Interea mirum in modum crevit numerus communicantium ſub utraque, ita ut anno 1524. Norinbergæ multa millia hominum & regina Daniæ calicem euchariſticum ſumerent, (*i*) ut taceam inſignem acceſſum, quem aliis quoque terris proteſtantium habuit.

Anno 1522. Anno 1523. Anno 1525. Anno 1528. Anno 1524.

§. VI. Anno 1530. cum in comitiis Auguſtanis *confeſſio* a proteſtantibus Cæſari offerretur & pontificii *confutationem*

Anno 1530.

eire-

(*a*) tom. II. lat. Ien. fol. 301. ad 330. (*b*) Sekend. l. c. ſect. 49. §. CXXI. add. 1. pag. 198. (*c*) tom. II. Alt. fol. 120. (*d*) Sekend l. c. ſect. 56. §. CXLVII. pag. 159. (*e*) tom. III. Alt. f. 99. (*f*) tom. III. Alt. f. 893. (*g*) Sekend. l. c. lib. II. ſect. 13. §. XXXVI. add II. pag. 104. ſq. & §. XXXVI. pag. 106. ſq. (*h*) id. lib. III. ſect. 17. §. LXVIII. pag. 195. (*i*) id. lib. I. ſect. 58. §. CLXIII. add. I. pag. 289.

Digitized by Google

ei reponerent noſtriq; iterum in *apologia* ſua ad eandem reſponderent, etiam inter alia de compoſitione controverſiæ de integro cœnæ uſu inter ſeptenos, qui de concordia agebant, actum fuit & voluerunt pontificii communionem ſub utraque tanquam rem indifferentem noſtris concedere, modo dicerent eam ſub una ſpecie quoq; eſſe legitimam, (*a*) quod tamen Lutherus *ex uno ore calidum & frigidum efflare* appellat *in ſua commonitione ad germanos ſuos dilectos* (*b*), quæ ſub finem hujus anni lucem vidit; hinc talem conceſſionem proteſtantes juſte recuſarunt. Anno 1532. Anno 1532. Bugenhagius Pomeranus, vindex Lutheri conſtans, Lubeccæ librum conſcripſit *wider die Kelchdiebe*, qui ſequente anno 1533. Anno 1533. typis Wittebergæ expreſſus. In hoc egregie argumenta pontificiorum pro ipſorũ communione deſtruit & demonſtrat, quam injuſte concilium Conſtantienſe primum calicis uſum ſubtraxerit. Eodem an. 1533. Lutherus iterum in novam cum Georgio duce controverſiam habuit de communione ſub utraque. Hic etenim cum intelligeret ex ſuis eſſe, qui cœnam domini percipiendam eſſe dicerent juxta mandatum Chriſti, eccleſiarum miniſtris injunxerat, ut iis qui tempore paſchali de more veteri peccata ſua confiterentur & cœnam domini juxta pontificum decreta ſumerent, ſymbola quædam & veluti teſſeras darent, quæ illi poſt redderent ſenatui, quo ſciri poſſet, quinam pontificium, qui vero Lutheri dogma ſequerentur. Itaque Lipſiæ deprehenſi fuere ad ſeptuaginta ſine literis. Hi jam antea Lutherum conſuluerant, quid facto opus eſſet? ille per *epiſtolam* reſpondit, ut qui certo crederent integram cœnam eſſe ſumendam, nihil agerent contra conſcientiam & capitis diſcrimen adirent; ſic ergo confirmati perſeverarunt, citati a principe cum eis bimeſtre tempus concederetur ad deliberandum neque propoſitum mutarent, tametſi privatim ſinguli ſollicitarentur, ejecti ſunt oppido. (*c*) Georgius autem in Luthe um propter epiſtolam ad eos ſcriptam, in qua etiam ſe tra-

(*a*) ibid. l. c. lib. II. ſect. 35. §. LXXVIII. add. pag. 203. (*b*) Cœleſtinus in hiſt. A. C. tom. IV. fol. 107. (*b*) Ioh. Sleidanus l. c. lib. IX. pag. m. 235. ſq.

Digitized by Google

traduxerat, exacerbatus eum accuſavit apud electorem quaſi ſuos ſubditos ad rebellionem concitaret; hinc Lutherus juſſu electoris *prolixam apologiam*, ſed acrem compoſuit. (*a*) Nec ſufficiebat Georgio Lutherum propter communionem ſub utraque impugnaſſe, verum etiam principes optimos Anhaltinos Ioachimum, præcipue vero Georgium fratres, propter Deſſaviam
Anno 1534. vocatum Hauſmannum, qui anno 1534. communionem ſub utraque introducebat, & dictis & ſcriptis aggreſſus eſt; id quod varia ſcripta inter hos principes edita (*b*) cum priori, tum hoc & ſequentibus annis de prædicta communione probant; quam multis rationibus defendebat Anhaltinus & ſuadebat in ſcriptis multis & concionibus. Hujus, quoq; conceſſionem regem ſuum pro ſubditis ſuis apud Clementem VII. expetiviſſe & ſpem habere ut aliquando concedatur affimavit Guiel - Langæus Legatus
Anno 1535. ipſius Smalkaldiæ anno 1535. (*c*) In hæc fere tempora incidit reformatio in regno Angliæ ab Henrico VIII. ob negatam a pontifice approbationem divortii cum Catharina incœpti. Rex quamvis in plurimis cum Auguſtana confeſſione conſentiret, in miſſæ tamen abolitione, ſacerdotum conjugii & communionis ſub utraque conceſſione &c. magis quam in aliis hæſitavit. (*d*) Hinc principes germaniæ proteſtantes eum per crebras legationes & literas ſollicitarunt, ut etiam in iis corrigendis incumberet, quo arctius fœdus cum illo iniri poſſet. Hujus rei inter alia literæ tum legatorum principum proteſtanti-
Anno 1538. um germaniæ ad regem an. 1538. quibus inter alia ſuadebant, ut in regnis ſuis introduceret communionem ſub utraque ex variis argumentis (*e*) tum regis ad eos, quibus non neceſſarium eſſe uſum utriusque ſpeciei in S. cœna aſſerit, (*f*) datæ teſtes eſſe poſſunt.
Anno 1539. Illam ſententiam mox, anno ſcilicet ſequente 1539. publico ſtatuto confirmavit. Inter articulos enim VI. qui in illo continebantur

(*a*) Sekendorff. l. c. lib. III. ſect. 7. §. XXI. pag. 55. ſqq. (*b*) ibid. l. c. ſect. 30. §. CXVII. add. I. pag. 505. ſqq. (*c*) Sleidanus l. c. lib. IX. pag. 262. (*d*) Gilb. Burnettus hiſt. reform. eccleſ. Anglic. part. I. lib. III. pag. 143. (*e*) ibid. in addendis pag. 252. ſqq. (*f*) ibid. pag. 261. ſqq.

Digitized by Google

bantur erat etiam hic: *quod communio ſub utraque non ſit omnibus ad ſalutem neceſſaria, ſed carnem & ſanguinem Chriſti eſſe conjunctam ſub alterutra parte*, contra ſentientes graviſſime puniebantur. Anno 1540. (*a*) Quod ſtatutum non modo mitigare, ſed plane tollere annitebantur proteſtantes, præcipue elector Saxoniæ, quapropter confutationem anno 1540. horum articulorum cum literis ad regem miſit, (*b*) ſed irrito plane effectu. Interim Cæſar Carolus V. & Rex Ferdinandus toti occupati erant, ut controverſiæ cum proteſtantibus ſopirentur & eorum conciliatio fieret idque in multis comitiis & conventibus tentarunt. Eam quoq; ob cauſam conſcripſit *Cochlæus* juſſu regis romanorum *conſilium* ſuum, quod Hagenoæ in conventu an. 1540. obtulit, (*c*) in quo monſtrat, in quibus conciliatio fieri poſſit, dumque ad articulum de communione ſub utraque pervenit, dicit *proteſtantes in hoc relinqui cum diſputatione proprio arbitrio pro ſubditis ſuis. Sub hoc tamen moderamine, ut uſum unius ſpeciei non damnent, nec contra eam prædicare aut ſcribere ſuis permittant, usque ad judicium & ſententiam generalis concilii.*

§. VII. Anno 1541. quando in comitiis Ratisponenſibus inter theologos pontificios & proteſtantes ad componendos controverſos articulos agebatur, ille de integro S. cœnæ uſu fuit, de quo inter alios conveniri non potuit; (*d*) hinc etiam cum aliis ad futurum concilium vel alia comitia rejiciendus. Anno 1541. Auſtriaci autem tutiſſimum eſſe rati, ſi ejus conceſſio a rege ſibi fieret in conventu Pragenſi die 13. decemb., Ferdinando *libellum ſupplicem* obtulerunt in quo ut doctrina evangelii apud ſe libere prædicetur & uſus cœnæ dominicæ juxta veteris eccleſiæ morem permitteretur, rogarunt. Qui ad hunc modum ſupplicarunt, auſtriacæ nobilitatis & ordinum nomine, fuerunt ad XXIV. proceres, civitates autem decem & in his Vienna, deinde finitimi Stirii & Carni: cluſit tamen Ferdinandus iteratas petitiones ipſorum. (*e*) Secus faciebat Hermannus Archiepiſc. Colonienſis, qui ſuis non modo liberum calicis euchariſtici

(*a*) id. l. c. part. I lib. III. pag. 145. (*b*) Sekendorff. l. c. ſect. 21. §. LXXVIII. pag. 265. (*c*) ibid. §. XXXIX. a d. IV. p. 284. ſqq. (*d*) Sleidanus l. c. lib. XV. pag. 383. (*e*) ibid. pag. 3.4.

Digitized by Google

ſtici uſum conceſſit; verum etiam in formula reformationis
Anno 1543. 1543. edita adhortatus eſt ad veram utriusque ſpeciei communionem in Chriſti inſtitutione & ſcripturæ teſtimonio fundatam. (a)

§. VIII. Ex his omnibus ſatis ſuperque conſtare poſſe confido, quantum fuerit Bohemorum in expetendo calice dominico deſiderium, quantum fuerit Lutheri aliorumque in ablato calice reſtituendo ſtudium. Nunc ſub finem hujus periodi adhuc obſervandum nobis erit, quomodo ipſi pontifices, poſt tempora concilii Baſilienſis quoq;, conſuetudinis eccleſiæ romanæ populum communicandi ſub una ſpecie violatores fuerint. Illud nos docebit cum aliis Card. Cuſanus in epiſtola ſua ſeptima ad Bohemos anno 1452.. ſcripta: qui, *pontificem romanum*, ait, *usque ad proxima tempora in feſto paſcha laicos, quibus ipſe ſua manu corpus domini tradidit, permiſiſſe accedere ad ſuſceptionem ſanguinis de manu diaconi.* Clarius teſtimonium de tempore poſteriori exhibet Rockyzana in tractatu mscto ſupra citato contra doctores apoſtatas, quod totum hic annotari meretur: *Papa*, inquit, *ut ſæpe audivimus, iteratis vicibus quolibet anno die paſchatis ſacri, propria in perſona communicat perſonas laicas ſub ſpecie panis & cardinalis gerens vicem Diaconi mox de calice propinat eisdem laicis ſanguinem Chriſti ſub ſecunda ſpecie &c. Hanc ſiquidem communionem ſanctam domini Papæ retulit in conſpectu ſereniſſimi Dni. & domini Regis Georgii, Regis Bohemiæ tunc aſſiſtente in præſentia ſua majeſtatis turba magna ſpiritualium, magiſtrorum, ſacerdotum ac nobilium virorum in quadam congregatione nobilis miles Procopius de Rabſtin, Cancellarius Regis prætacti fide oculata ſe dicens vidiſſe & adjecit, hoc habent a S. Sixto qui ſub prima ſpecie communicavit populum & S. Laurentius ſub ſecunda.*

§. IX. Quod ad argumenta attinet quæ, præter ſuperius recenſita, his temporibus jactitata fuere, vel pauca ſunt vel plane nulla, niſi huc referre velimus illud, cujus autor eſſe dicitur Cajetanus (b) I. quod mandatum edendi panem ſit abſo-

(a) Sekend. l. c, ſect. 27. §. CVIII. pag. 446. (b) in III. q. XXC. art. XI. it. vid. epiſt. R. Henr. VIII. ad leg. proteſt. Burnet. l. c. p. 262. ſq.

abſolutum, ſed bibendi ex calice euchariſtico tantum conditionatum, quia addita eſt concluſio *quotieſcunque biberitis*. II. Illud quod deſumtum ex Act. 20.7. (*a*) 1. Cor. XI. 33. (*b*) ubi tantum de fractione & manducatione panis dicitur. III. Figuris VT adjiciendum Gen. 18.6. (*c*) ubi Abraham tria ſata farinæ ſimilæ commixta in ſubcinericios & acymos panes parari fecit, per quod innuitur laicos ſolum debere ad unam ſpeciem admitti, eo quod vini nulla mentio ſit, facit tria vero ſata narratur propter triplicem ſubſtantiam, quæ in hoc ſacramento continetur, ſcilicet corpus, anima & deitas. IV. Rationem admodum ridiculam addit nobilis quidam, referente Sekendorffio, (*d*) qui ideo ſub duplici ſpecie communicare noluit, ſed ſub una tantum, quia unus eſſet Deus. Ad I paucis reſpondemus, particulam conditionalem *quotieſcunque* non actum bibendi reſpicere, ſed finem actus ſcilicet verba *in mei commemorationem* (*e*) Ad II. & III. cum apologia A. C., ea vel plane non denotare euchariſtiam vel ſi deſignant, ſynecdochen includere (*f*) quemadmodum jam ſupra diximus; in IV. qualis ſit conſequentia quilibet facile videbit.

PERIODVS III.

Continet fata calicis euchariſtici a concilio Tridentino usque ad noſtra tempora.

§. I.

ANno 1545. diu poſtulatum concilium Tridenti ſub Paulo III. inchoatum fuit, ad quod tamen proteſtantes juſtis ex cauſis venire recuſarunt (*g*). Interea non ceſſavit Impera- Anno 1545.

I

(*a*) in reſponſ. theol. pontif. ad A. C. vid. ven. Dn. D Phil. Müller. in concord. pag. 19. (*b*) Ioh. de Raguſio in orat. contra Rockyz. vid Bin. l. c. pag. 257. (*c*) ibid pag. 258. (*d*) l. c. lib. II. ſect. 7. §. XXV. add. II. pag. 71. (*e*) B. Hild. l. c. pag. 837. (*f*) pag. m. 234. (*g*) Sleidanus l. c. lib. XVI. Paul. Sarpius Hiſt. Conc. Trid. lib. II.

Digitized by Google

perator ea proponere, quæ ad ſedandas diſſenſiones inter proteſtantes & pontificios valere poſſent. Eam ob cauſam cum ipſius tum conventus Spirenſis juſſu & decreto *Valentinus episc. Hildeſienſis* cum aliis *libellum* quendam conſignavit *de articulis controverſis*, in quo quibus modis proteſtantes conciliari concordari vel tolerari queant, oſtendit, & concedi poſſe putat communionem ſub utraque his conditionibus; ſi crederent & docerent proteſtantes, eam non eſſe præceptam & quod ſub una quoque ſpecie totus & integer Chriſtus ſumatur, nec peccent qui a calice abſtinent, item ut ſubditis communionem ſub una, quotquot ea uti velint permittant & ægrotis hanc ſaltem concedant. (*a*) Sed talem conceſſionem non deſiderabant proteſtantes, utpote qui jam in ſuis terris juxta inſtitutionem Chriſti calicis communionem ſine ulla conditione ſuis conceſſerant, quæ etiam anno 1546. non modo ab Electore palatinis permiſſa, (*b*) ſed quoque anno 1547. poſt mortem Henrici VIII. regis Angliæ a ſucceſſore Eduardo VI. peculiari edicto, conſenſu parlamenti comprobato, in eccleſia Anglicana introducta fuit (*c*).

Anno 1546.
Anno 1547.

Anno 1548.

§. II. Anno 1548. imperator de nova conciliatione partium controvertentium cogitans, librum quendam per viros eruditione ac fama celebres, Iulium Pflugium epiſcopum Naumburgenſem, Michaelem Sidonium & Ioh. Iſlebium Agricolam, de religione obſervanda *interim* dum concilium legitime inſtitueretur, conſcribi curaverat, qui hoc anno in comitiis Auguſtanis d. 15. maj. ordinibus propoſitus & publicatus fuit quidem (*d*) ut nec pontificiis nec proteſtantibus arriſit, quibus tamen a cæſare obtrudi cœpit. In hoc ſub finem (*e*) tum presbyterorum uxoratorum tum euchariſtiæ ſub utraque ſpecie uſus, ubi hactenus receptus eſſet, porro permittebatur. Pontifex Paulus III. autem, ne aliquid ex mandato cæſaris, qui eum

(*a*) Sekendorff. l. c. ſect. 31. §. CXXI. id. 1. pag. 548. (*b*) Sleidanus l. c. lib. XVI. pag. 478. (*c*) Burnet. l. c. part. II. pag. 27. (*d*) Pallav. l. c. part. II. lib. 10. cap. XVII. pag. 64. ſeq. (*e*) fol. 26.

eum de promovendo hoc per legatum quendam a ſe incepto negotio reformationis interpellavit agere videretur, amandavit nuncios in Germaniam tres epiſcopos Fanenſem, Veronenſem & Ferentinum, (*a*) quibus per bullam pridie cal. ſept. editam, nulla conſtitutionum cæſaris facta mentione, facultatem impertit inter alia indulgendi utriusque ſpeciei uſum illis, qui cæteris abjuratis erroribus concilii Conſtantienſis decreto ſubſcriberent atque ſub altera ſpecie tantum, quantum ſub utraque ſumi crederent, quique eccleſiam ob factum de una ſpecie decretum non erraſſe palam declararent. Quod tamen ad tempus conceſſum volebat pontifex, & ita, ut illi ipſi, qui ita ſumerent ſeorſim ab aliis neque tunc cum aliis ſub una ſpecie tantum miniſtratur, ſumerent. Venerunt hi legati anno 1549. Anno 1549. ſub exitu maji in Germaniam & ad cæſarem Bruxellis agentem, & cum illis facta eſſet per bullam poteſtas ſubſtituendi & delegandi, cæſaris ſuaſu & impulſu aliis quoque epiſcopis, prælatis &c. inter alia facultatem dederunt concedendi uſum calicis illis, qui hoc remedio indigerent, quo ad obedientiam eccleſiæ romanæ reducerentur: ſed tota res de (*b*) conceſſione calicis interpoſitis impedimentis ad finem optatum perducta haud fuit. (*c*) Anno 1551. ſuſcepta quidem fuit ſub Iulio III. in concilio Tridentino de communione ſub utraque tractatio: per legatum tamen comitem Monfortum & alios oratores cæſaris ac Ferdinandi regis interrupta & dilata usque ad proteſtantium ad concilium ad ventum, ne, ſi forte concilium viſitare vellent, decreto contrario de communione calicis abſterrerentur (*d*). Anno 1551.

§. III. Anno 1552. ſynodus Londini habita, ubi propoſiti fuere articuli, in quibus conſenſerant epiſcopi aliique eruditi viri ad opinionum varietates eliminandas & conſenſum circa veram religionem ſtabiliendum. (*e*) Horum articulorum Anno 1552.

I 2 erant

(*a*) Sleidanus l. c. lib. XXI. pag. 646. (*b*) Sleidanus l. c. lib. XXI. pag. 660. ſq. Iac. Aug. Thuani hiſtor. part. I. lib. IV. pag. 261. ſq. Paulus Sarp. l. c. lib. III. pag. 507. ſq. (*c*) id. l. c. lib. VI. pag. 914. (*d*) id. lib. IV. pag. 551. ſqq. Pallavicinus l. c. lib. XII. cap. I. pag. 96. ſqq. cap. VIII. p. 110. ſq. (*e*) Burnett. l. c. part. II. in collect. docum. num. CV. pag. 123. ſqq.

erant 42. quorum trigeſimus agit de communione ſub utraque, & ita ſonat: *Calix Domini non eſt populo denegandus, nam ambæ partes ſacramenti Domini inſtitutione ac mandato Chriſti toti chriſtiano populo æquabiliter adminiſtrari debent.* Qui in hac ſynodo conſenſu doctorum Anglicanæ eccleſiæ confirmabatur calicis Anno 1554. uſus, ille non multo poſt anno 1554. iterum interdictus fuiſſe videtur: poſtquam enim Eduardus VI è vita diſceſſerat, & Maria ſoror ipſius ſucceſſerat, illa non modo omnia edicta fratris reſcidit, verum etiam religionem pontificiam denuo introduxit (*a*). Mandaverat etiam rex Ferdinandus ſubditis ſuis, ne quid in religione aut ritibus ſacris emendarent, ſed veterem conſuetudinem eccleſiæ ſequerentur, in ſpecie vero in cœnæ dominicæ ſacramento una ſpecie contenti eſſent. Sed optimates, nobilitas & civitates, cum non ſemel regem de eo compellaſſent, eum denuo per epiſtolam admodum demiſſe rogarunt, ut juxta Chriſti inſtitutum ac mandatum ac veteris eccleſiæ morem ſibi liceret integram cœnam percipere, & ſic omne obſequiũ ipſi promiſerunt, rex reſpondit ad has literas d. 23. jun. & edictum ſuum urget, ſub finem vero ejusdem epiſtolæ pollicetur ſe amplius maturiusque curaturum, ut ipſis ſuo tempore reſpondeatur (*b*). Sed tanta erat ſitis dominici calicis, præcipue apud auſtriacos, ut ſpe & inanibus verbis ſe exſatiari paſſi non fuerint. Quapropter cum Ferdinandus eos Vien- Anno 1556. nam anno 1556. ſub idus jan. convenire juſſiſſet, ad auxilia & pecuniam contra Turcam conferenda, ipſi viciſſim poſtularunt, ut ſibi liceret usque ad generale & liberum concilium puriorem religionem profiteri, & ſacramenta juxta evangelicam & apoſtolicam doctrinam miniſtrare: reſpondit Ferdinandus, ſibi non eſſe integrum eorum poſtulatis annuere, eo quod eccleſiæ ſanctionibus neceſſario ſit parendũ, & decretum eſſet factum, in quo ediceretur inter alia, ut populus ſequeretur religionem principis, hinc & ipſis competere in veteri religione permanere:

(*a*) Sleidanus l. c. lib. XXV. pag. 814. Burnet. l. c. part. II. pag. 166. ſqq.
(*b*) Sleidanus l. c. lib. XXV. pag. 823. ſq. Paulus Sarp. l. c. lib. V. pag. 662.

Digitized by Google

nere : ut tamen animi ſui propenſionem in favendo poſtulatis ſuis agnoſcerent, eam partem edicti ſui, quæ ſpectaret ad participationem calicis in eorum gratiam ſe remittere, ſed ea lege, ut cæteris eccleſiæ ſanctionibus ac ceremoniis usque ad comitiorum proxime futurorum decretum nihil innovetur, atque his contenti contra hoſtem publicum in commune conſulerent, & quod oportet conferernt (*a*). Ad exemplum Auſtriacorum Bavari quoque principem ſuum Albertum ſollicitarunt, ut evangelium libere apud ſe prædicetur, cœna domini integra miniſtretur &c. id niſi impetrant, nihil ſe collaturos eſſe poteſtatis contra Turcam, dicunt. Quapropter cum Albertus ſocerum ſuum Ferdinandum id ſuis conceſſiſſe videret, ipſis quoque indulſit, ut cœnam domini totam perciperent, quoad controverſiæ religionis componerentur autoritate publica, ſic tamen ut in aliis religionis capitibus ſuperiorum temporum edicta exacte obſervarentur, curaturum ſe quoque promiſit, ut hanc conceſſionem metropolitanus & epiſcopi approbarent. (*b*) Hæc facta Ferdinandi & Ducis Bavariæ quando Romam ad aures pontificis pervenere, ille vehementer indignatus eſt; (*c*) & refert Pallavicinus (*d*) ad annum 1558. pontificem graviter commotum fuiſſe, quod Ferdinandus in ſuis Auſtriæ ditionibus ſuperſederet edictorũ executione in laicos, qui ſub utraq; ſpecie euchariſtiam ſumerent : ſe tamen excuſaſſe Ferdinandum exponendo incredibile deſiderium ſuorum in expetendo calicis uſu ejusque cauſas, & ipſi indicaſſe a ſe non conceſſum quicquam ſuis, ſed tantum ſuorum edictorum ſeveritatem fuiſſe ſuſpenſam. Memorante Sarpio (*e*) Anno 1556. legatus regis Poloniæ, Paulo IV. de ſummi pontificis dignitate gratulandi gratia adveniens Romam nomine regis & regni ſui quinque poſtulata pontifici exhibuit, inter quæ etiam fuit de cœna domini ſub utraque ſpecie percipienda; hæc autem impatienter audi- Anno 1556

(*a*) Sleidanus l. c. lib. XXVI. pag. 859. ſqq. Sarp. l. c. lib. V. pag. 679. ſq. (*b*) Sleidanus l. c. pag. 865. ſq. Sarp. l. c. pag. 681. (*c*) ibid. pag. 684. (*d*) l. c. part. II. lib. 14. cap. VI. pag. 188. ſq. (*e*) l. c.

audivit pontifex & in fine ſui ſermonis dixit concilium oecumenicum Romæ indictum, hæreſes ac pravas multorum opiniones detecturum; quibus verbis reſpexit ad ea quæ facta nuper erant in Germania, Auſtria atque Bavaria: quid amplius cum Polono actum non recenſet Sarpius.

§. IV. Non autem infimæ tantum conditionis homines inter pontificios, ut taceam proteſtantes, verum etiam principes torſiſſe ſitim calicis dominici vel ſuo exemplo probare poterit Dux Cliviensis, qui eam expleturus anno 1558. pridie ante feſtum paſchatos communionem ſub utraque ſumſiſſe fertur (a). Præter hunc multos alios fautores habuit calix euchariſticus, non nunc dicemus de Cæſare Ferdinando & Duce Bavariæ de quibus ex ſuperioribus conſtat quam libenter voluerint uſum calicis ſuis conceſſum; ſed de Maximiliano rege filio Ferdinandi, virtute patri haud impari. Hic etenim inpleraque regni ſui loca, etſi non in Praga, illum ſub utraque ſpecie communicandi modum introduci paſſus fuit, eamque ob cauſam in magnum odium pontificis incurrit, adeo, ut hic eum niſi ſe ritibus eccleſiæ romanæ conformaret, in regem romanorum haud confirmaturum eſſe per comitem de Arco minaretur. (b) Non modo fautoribus, ſed etiam promotoribus communionis ſub utraque annumeranda erit Regina Angliæ prudentiſſima Eliſabetha, quæ ſicuti regnum Angliæ circa hæc tempora ab erroribus purgavit & liturgiam Eduardi VI. iterum obſervare juſſit, (c) ita etiam calicis euchariſtici uſum ſuis præcepit. Illi jungenda Catharina Regina Galliæ, id quod literæ ipſius anno 1561. d. 4. auguſt. ex conſilio, ut creditur, Iohannis Moluccii epiſcopi Valentini ad pontificem datæ, ſatis ſuperque declarant. In his etenim propoſito pontifici regni Galliæ ob religionis diſſidium periculo, eum ad remedia adhibenda hortata eſt, quæ inter haud extremum eſſe poſſe

Anno 1558.

Anno 1561.

(a) Caſſander in epiſt. XXVI. ad Joh. Reidanum Med. D. quam alias mutilatam integram exhibet B. Georg. Calixtus in diſp. de communne ſub utraque pag. 41. ſqq. (b) Sarp. l. c. pag. 733. (c) Burnet. l. c. part. II. lib. III.

Digitized by Google

poſſe exiſtimat, ſi ſuis ſine perſonarum diſtinctione integer cœnæ dominicæ uſus concederetur, nec obeſſe putat autoritatem concilii Conſtantienſis, quæ mandato Dei minime præponderare deberet. (*a*) His literis quamvis, teſtante Thuano, (*b*) Pontifex immane quantum commotus fuerit, ſoluto tamen colloquio Poſſiaceno rex & præſules Galliæ hanc per modum conſilii ſalutaris pro calice dominico a Regina *factam* petitionem, tum per literas Cardinalis Ferrarienſis, tum etiam per oratorem ſuum urgere apud pontificem non deſtiterunt. Pontifex etſi communionem ſub utraque ſpecie juris poſitivi eſſe, de qua pontifex & eccleſia pro lubitu ſtatuere poſſet, duxit: nihil tamen niſi re deliberata in conſiſtorio Cardinalium definire voluit. Convocavit itaque Cardinales in diem 10. decemb. quo illi ſententias ſuas tulerunt: quidam qui Regi Galliæ ſtudebant, bonam ejus voluntatem probabant, ſed de poſtulato rem omnem ad pontificem deferebant, nonnulli inter quos Hiſpani ex variis partim iniquis rationibus uſum calicis concedi poſſe negabant. (*c*) Quibus *adductus pontifex*, ait Sarpius, (*d*) *conſtituit negare quod poſtulabatur. Atque quo minori id eſſet offenſioni, legatum officioſe orandum curavit, ut petitione ea abſiſteret: cum id non impetraſſet, rogavit, ut ſaltem in negotio lento pede procederet, quia id gallis largiri non poterat, niſi aliis omnibus catholicis invitiſſimis. Inſtante vero oratore, reſpondit tandem: etiamſi maxime poſſet, tamen id neutiquam concedendum hoc tempore, quo concilium jamjam eſſet habendum. Æquum eſſe, quandoquidem eo rejectum ſit cæſaris poſtulatum, eodem ut gallica petitio referatur, qua in ipſo rerum tractandarum veſtibulo poſſit diſcuti. Neque multo diuturniorem fore eam moram, quam qua ad maturam in conſiſtorio deliberationem de gratia ea concedenda requiratur. Et cum hoc reſponſo adhuc oratori non ſatisfieret, ſubjunxit denique: ſibi ſatis conſtare, omnes regni præſules non id flagitare, imo potiorem eorum partem ſtatuiſſe, nullum de ea re verbum facere: ſed quod pauculis aliquot placeat, nec tam*

(*a*) Iac. Aug. Thuanus l. c. part. II. lib. XXVIII. p. 10. ſqq. (*b*) l. c. (*c*) Sarp. l. c. pag. 789. ſqq. (*d*) l. c. pag. 794.

tam ſuo motu, quam alieno impulſu, id communi omnium nomine ſibi obtrudi. Quibus verbis denotabat Reginam, adverſus quam propter literas 4. Auguſti ad ſe datas, erat commotior, tacitam animo premens indignationem. Quem galli expetebant calicis uſum, eum quoque dux Cliviæ pro ſuis obtinere ſollicitus fuit, hinc quoque de eo cum nuncio apoſtolico Commendone agebat, prætendens: id a ſe ſuis ſubditis interdici non poſſe, ejus uſum viginti quinque jam annos inductum a ſe reperiri & complures ad hæreſin pronos eo contentos fore, nec præcipites ituros. (*a*) Ex his itaque tum aliis omnibus patet, quanta fuerit ſitis tot populorum & nationum dominici calicis & quanto cum deſiderio ejus reſtitutionem quæſierint, adeo ut a principibus ſuis non melius in officio & religione contineri atque ad explenda poſtulata ſua promptiores effici potuerint, quam ſi ipſis cum Conjugio ſacerdotum liber calicis uſus vel permittebatur vel promittebatur.

§. V. Rejecerat, uti audivimus, pontifex Pius II. cæſaris & regis galliæ de conceſſione calicis petitiones ad concilium, in quo res omnis expedienda eſſet. Cum itaque adveniret annus Anno 1562 1562. concilio celebrando deſtinatus, tota fere æſtas in tractatione ejus conſumpta fuit. Nam d. 6. jun. in generali congregregatione, V. ut vult Pallavicinus (*b*) VI. vero ut narrat Sarpius (*c*) proponebantur articuli communionem ſpectantes, de quibus in proxima ſeſſione, d. 16. julii habenda, eſſet agendum. Hi autem per modum quæſtionis prolata ita (*d*) ſonabant: I. *An fideles omnes neceſſitate & ex Dei præcepto utramque ſpeciem euchariſtiæ ſumere teneantur?* II. *utrum eccleſia juſtis rationibus morem introduxerit laicos ſub panis tantummodo ſpecie communicandi, an vero in eo erraverit?* III. *utrum totus & integer Chriſtus gratiarum omnium fons, adeo plene ſub una quam utraque ſpecie ſumatur?* IV. *an rationes quibus eccleſia adducta fuit ut laicos ſub una tantum panis ſpecie communicaret, ita ſint retinendæ, ut nulla ratione calicis uſus cuiquam ſit permittendus?* V. *ſi*

(*a*) Pallav. l. c. cap. V. pag. 227. (*b*) l. c. part. III. cap. I. p. I. (*c*) l. c. lib. VI. pag. 884. (*d*) ibid.

V. ſi honeſtis rationibus cuiquam concedendus videatur, quibus rationibus concedi debeat? VI. *an parvulis, antequam ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſaria ſit communio?* de his a die 9. jun. ad 23. ſententiæ audiebantur theologorum, quibus peractis, legati concilii germanis calicem conditionibus iis, quas Paulus III. ſuæ conceſſioni adjunxerat, aliisque nonnullis concedere volebant, ſed, ne id fieret, alii reſiſtebant. Oratores interim cæſaris, inter quos præcipuus Dudithius epiſc. Quinqueccleſienſis, Galliæ regis & Bavariæ Ducis non intermiſerunt petita dominorum ſuorum quovis modo urgere, id quod ex orationibus eorum & ſcriptis ſatis ſuperque conſtare poſſe arbitramur. Nam d. 27. jun orator Bavaricus Auguſtinus Baumgartner in congregatione generali elegantem orationem habuit, in qua de miſero ſtatu religionis in Bavaria multa fatus cauſasque ejus rei, inter quas & calicis prohibitio a Paulo III. conceſſi, recenſens, ad ejus commodam emendationem tria requiſivit: ſcholas erigi, matrimonium ſacerdotibus & calicem laicis concedi; cui ſynodus per promotorem reſpondit: ſe daturam operam, ut decernerentur quæ ad Dei gloriam & ſalutem fidelium conducere arbitraretur. (*a*) Bavarum ſecuti oratores cæſarei, qui jam antea quidem ad mandata cæſaris concilium de conceſſione calicis inter petitiones XXVI. nomine cæſaris oblatas (*b*) ſollicitarant, nunc vero ſcripto, legatis concilii exhibito, denuo quantum in ejus permiſſione momentum ſit, præſertim apud Boehmos conſtantes communionis ſub utraque defenſores, item apud Hungaros, Auſtros, Moravos, Sileſios, Carinthios, Carnos, Stirios, Bavaros, Suevos aliosque declararunt, quibus ni calix concederetur, periculum eſſe ne Lutherani evaderent (*c*) &c. Illis accedebant graviſſima legatorum regis Galliæ monita. Hi namque ſcripto prolato hortati fuere patres Tridentinos circa idem fere tempus, ut communionem calicis laicis permitterent, præſertim cum hoc ſit juris poſitivi, quod neceſſitate urgente

K muta-

(*a*) Sarpius l. c. lib. VI, pag 910. ſqq. integram orat. exhibet G. Calixtus in collect. de commun. ſub utraque pag. 13. ſqq. (*b*) Pallav. l. c. cap. III. pag. 40. ſq. ibid. pag. 59. (*c*) Sarpius l. c. pag. 913. ſq.

mutari poſſit: rogarunt quoque, ut quidquid de ea re ſtatuant neque prærogativæ regum Galliæ, qui in inauguratione ſua calicem accipere conſueverunt; neque conſuetudini receptæ in quibusdam ejus regni monaſteriis, calicem monachis certis temporibus miniſtrandi, præjudicarent. (*a*) Cum adveniret dies 16. jul. novæ ſeſſioni habendæ indictus, epiſcopus Tininienſis concionatus eſt de communione ſub utraque & ut imbecillitati filiorum, qui præter ſanguinem aliud nihil poſcerent, aliquid condonarent, neve tot provinciarum & regnorum amiſſionem pro levi jactura ducerent, ſuaſit. (*b*) Deinde recitatata fuere decreta concilii de articulis I. II. III. & VI. ſupra adductis & primo quidem capita doctrinæ, deinde quoque canones anathematibus roboratos, quos hic tantum, miſſis illis, ob brevitatem adſcribemus. (*c*) I. eſt: *ſi quis dixerit ex Dei precepto, vel neceſſitate ſalutis omnes & ſingulos Chriſti fideles utramque ſpeciem ſanctiſſimæ euchariſtiæ ſacramenti ſumere debere, anathema ſit* II. *ſi quis dixerit ſanctam eccleſiam catholicam non juſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, ut laicos atque etiam clericos non conficientes ſub panis tantummodo ſpecie communicaret aut in eo erraſſe, anathema ſit.* III. *Si quis negaverit totum & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem & autorem ſub una panis ſpecie ſumi, quia (ut quidam falſo aſſerunt) non ſecundum ipſius Chriſti inſtitutionem, ſub utraque ſpecie ſumatur, anathema ſit.* IV. *Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſariam eſſe euchariſtiæ communionem, anathema ſit.* Reliquorum duorum articulorum determinatio in aliud tempus rejecta fuit. (*d*) Cum autem cæſar, ipſe quoque pontifex crebris cæſaris precibus inſtimulatus, cuperent, (*e*) ut mox de calicis conceſſione decreta fierent eamque ob cauſam legatos concilii non una vice interpellarent, tandem ad patrum ſuffragia deventum fuit. Priusquam vero ea ferrent orator cæſaris Duditiius epiſc. Quinqueccleſienſis elegantem pro conceſſione calicis orationem habuit, eamque ex multis & quidem graviſſimis

(*a*) ibid. pag. 916. (*b*) ib. p. 926. (*c*) id. de can. & decr. Conc. Trid. p. 120. ſqq. (*d*) id. in hiſt. Conc. Trid. l. c. pag. 928. ſqq. (*e*) id. l. c. p. 960. Pallav. l. c. lib. 17. cap. XIV. pag. 35.

viſſimis rationibus commendavit, exhibuit quoque articulum de calice ea forma, qua tractatum volebat, videlicet ut per Germaniam univerſam & Hungariam ejus uſus permitteretur. (*a*) Deinde duo articuli, a primo legatorum in publico conſeſſu propoſiti (*b*), de quibus patrum ſententiæ audiendæ erant. I. *An uſus calicis flagitatus a cæſare pro univerſo imperio & hæreditariis ipſius ditionibus, concedendus eſſet, cum ſequentibus conditionibus: Vt quicunque vellet ſub utraque ſpecie euchariſtiam ſumere, acciperet, ac profiteretur animo & lingua doctrinam univerſam cunctosque ritus eccleſiæ romanæ & decreta præterita ac futura præſentis concilii eaque integre obſervaret. Vt paſtores & concionatores prædictorum nationum crederent ac docerent, conſuetudinem ab eccleſia comprobatam accipiendi euchariſtiam ſub una tantum ſpecie eſſe bonam atque laudabilem dignamque ut obſervetur, ubi in eo eadem eccleſia legem non relaxaret. Vt obedientiam profiterentur romano pontifici tanquam eccleſiæ capiti. Vt obedientiam pariter reliquis fidis præſulibus exhiberent*; tam care vendere volebant uſum calicis! *Vt id ſolum illis concederetur, qui contriti, peccata confeſſi fuiſſent ſecundum eccleſiæ ritum; atque ut ordinarii ſummam diligentiam adhiberent ad longe arcendum a calicis diſtributone hominem quemcunque ſacrilegum aut profanum.* II. *An hæc facultas eſſet epiſcopis concedenda tanquam ab apoſtolica ſede delegatis, quibus liceret id in ſuis Dioeceſibus committere curionibus recenſitis.* Poſt horum diuturnum & accuratum examen, *patres qui in illis cœtibus numero CLXVI. interfuere in octa partes diviſi ſunt:* (ſunt verba Pallavicini)(*c*) *XIV. autores erant retardandum eſſe decretum*, (ſc. de conceſſione calicis) *XXXIIX. repulſam probabant, XXIX. conceſſionem, XXIV. rem eſſe in pontifice reponendam cenſebant, XXXI. primum articulum admiſere, ſecundum rejecere, hoc eſt in conceſſionem propenderunt, non tamen epiſcopis committendam, ſed ut ejus executio pontifici relinqueretur. Vnus perſtitit medius: X. in partem negantem inclinarunt, XIX. conceſſionem ad Bohemiam & Hungariam coarctarunt: adeoque vix in eo argumento tot ſententiæ potuiſſent concipi tanquam poſſibiles, quot re ipſa pullularunt.* In tanta ſententia-

 rum

(*a*) Sarpius l. c. pag. 961. (*b*) Pallav. l. c. lib. 18. cap. III. pag. 41. (*c*) Pallav. l. c. cap. IV. pag. 48.

Digitized by Google

rum diverſitate, legati, qui petitioni cæſaris ardentiſſimæ ſatisfa-
ctum cupiebant, illi ſententiæ accedebant, qui totum negotium
ad pontificem remittendum eſſe, ſtatuebant, (*a*) quod tandem
quoque factum (*b*) invitis licet antea cæſareanis, qui id, quod
a concilio ſublatum, a concilio reſtitui malebant. (*c*)

§. VI. Cum itaque hoc modo tota res ad pontificem
eſſet devoluta, Cæſar, ſecus ac putat Paulus Sarpius, (*d*) & Ba-
Anno 1563. varus calicis conceſſionem hoc & ſequenti anno 1563, prout
inter alia Matthias Cithardus concionator cæſareus in epiſtola,
ad Iulium Pflugium epiſc. Naumburgenſem hoc anno conſignata,
quã ſumme ven. Dnus præſes, e mſto edidit, (*e*) refert, petierunt.
Et Bavari præprimis petitionem ardentiorem reddebat tumul-
tus in Bavaria nuper ortus propter negatum calicis uſum &
conjugatis prædicandi facultatem, eoque proceſſerat illa Bava-
vorum temeritas, ut ad ipſos ſedandos dux promiſerit in conven-
tu ordinũ, niſi proximo junio a Tridentinis aut â pontifice aliqua
ratione ipſis ſatisfieret, ſe utrumque conceſſurum: Cæſaris
vero, quod omnes fere pontificii in Germania in impetranda
calicis communione, ſacerdotum conjugio & relaxandis multi-
plicibus juris poſitivi circa jejunia, dies feſtos aliaque id genus
præceptis, toti defixi eſſent(*f*). In horum gratiam per literas d. 12.
Anno 1564. febr. an 1564. datas, denuo pro conceſſione calicis pontificem ſol-
licitat intenſiſſime, & ne eam diutius proroget ob imminentia
pericula, rogat (*g*); idem etiam facit per literas Bavarus & com-
modum inde enaſcendum monſtrat (*h*). Quid porro iteratis his
ſupplicationibus Cæſaris & Bavari apud pontificem ſit effectum
non memorat quidem Sarpius, narrat autem Pallavicinus anno
1564. calicis uſum ſubditis ipſorum fuiſſe paulo ante obitum Fer-
dinandi conceſſum. Omnium autem optime de ea re ſcribit
Caſſander, qui non modo in epiſtola ad Metellum exemplum
conceſſionis cæſareæ & pontificiæ ſe vidiſſe, ait (*i*): verum
etiam

(*a*) Sarpius l. c. pag. 979. ſq. (*b*) id. l. c. pag. 994. ſq. (*c*) Pallav. l. c. cap. V. pag. 49. (*c*) Sarpius l. c. pag. 996. (*d*) id. l. c. lib. VII. pag. 1232. (*e*) id. l. c. lib. IX. pag. 1414. (*f*) ibid. (*g*) ibid. pag. 1415. (*h*) in opp. ejus pag. 1265. ſq. (*i*) ibid. pag. 1118. ſq.

etiam totum conceſſionis negotium & conditiones ipſi adjectas, in alia ad Kettelerium anno 1465. d. 6. nov. ſcripta, his verbis recenſet: (a) *Poſt aſſiduam & vehementem imperatoris Ferdinandi piæ & auguſtæ memoriæ ſollicitationem tandem effectum eſt, ut non ſolum hæreditariis ejus ditionibus, jus utendi dominici calicis in communione laicorum permitteretur, ſed etiam ut à ſummo pontifice literæ ad electores eccleſiaſticos mitterentur, quibus pontifex ſe graviſſimis rationibus & conſilio doctorum & piorum virorum adductum ſcribit, de plenitudine poteſtatis apoſtolicæ facultatem dare archiepiſcopis & electoribus, ſi expedire putent, (in quo eorum conſcientiam onerat) eligendi & deputandi catholicos ſacerdotes, qui in ſua provincia decenti ordine ſervato, & omni offenſione vitata, quæ inter communicantes ſub utraque & ſub una tantum ſpecie ſuboriri poſſet, utramque ſpeciem adminiſtrare poſſint, illam ex devotionis fervore petentibus. Adduntur autem conditiones fere eadem, quæ à patribus Tridentini concilii præſcribuntur, videlicet, dummodo illi, qui illam communionem petierint, cum ſancta romana eccleſia communionem habeant & cum cæteris in rebus fidei ejus doctrinam ſequantur, tum hoc quoque confiteantur, profiteantur & credant, in ſanctiſſimo eucharistiæ ſacramento, tam ſub una, quam ſub utraque ſpecie, verum & integrum Chriſti corpus eſſe: nec Romanam eccleſiam erraſſe aut errare, quæ, exceptis duntaxat ſacerdotibus celebrantibus, cæteros tam clericos quam laicos ſub ſpecie tantum panis communicat. Et præterea contriti & confeſſi, munere ſacramentalis abſolutionis accepto, ad ipſam ſub utraque ſpecie communionem accedant. Hæc conceſſionis verba ſunt, quæ in uno exemplo cuidam archiepiſcopo electori nominatim inſcripto legi: nec dubito eodem exemplo ad cæteros quoque archiepiſcopos electores perſcriptum eſſe. Hac autem conceſſione & his literis à pontifice impetratis; idem imperator Ferdinandus piæ & auguſtæ memoriæ, viros aliquot doctos & prudentes convocavit, qui de optima ratione hanc communionem in utraque ſpecie in uſum revocandi deliberarent, ut ex pontificis præſcripto quã decenteſimo ordine adminiſtraretur; & offenſio omnis, quæ inter diverſo ritu communicantes oriri poſſet, evitaretur: cujus quoque deliberationis formam ad prædictos archiepiſcopos electores tranſmiſit, ut eam expenderent,*

K 3

(a) in tract. de miſſa Sicca pag. 35. ſeqq.

derent, & ſi quid ad eam addendum putarent, ipſi quoque deſpicerent: ita factum eſt, ut nos quoque rogati ſententiam noſtram ad illam deliberationem pro judicii noſtri tenuitate adjunxerimus &c. Fideliſſimæ huic de calicis euchariſtici conceſſione relationi Caſſandri omni ex parte conſentiunt literæ ipſius pontificis Pii IV. ad Iulium Pflugium epiſc. Naumburgenſem d. 16. april., ad Henricum juniorem ducem Brunſv. ejusque cancellarium Ludolffum Halverium d. 1. ſept. (*a*) ipſiusque cæſaris Ferdinandi ad eundem Iulium Pflugium d. 20. jun. datæ. Ex his priores & poſteriores in MSCto poſſidet, ſumme venerabilis Dnus Præſes, dignæ profecto, quæ integræ hic, ſi pagina id permitteret, annotarentur. In ſpecie quod attinet ad illa, quæ Caſſander de conceſſione communionis ſub utraque, illique adjectis conditionibus refert, de verbo ad verbum in jam citato brevi Pii IV. ad Iulium, in quo epiſcopo „Naumburgenſi notum facit, ſe poſt varias ſupplicationes cæſa„ris & ducis Bavariæ, ſubditis eorum, ſed certis conditionibus „uſum calicis conceſſiſſe, ipſique ſimul poteſtatem in ſua pro„vincia quoque eligendi aliquos, qui populum ſub utraque ſpe„cie communicent, confert, leguntur. In epiſtola autem ad „Henricum eodem ferme modo mentem ſuam duci, eam pe„tenti, declarat, utque antiquum communicandi ritum retineat, „hortatur De deliberatione autem â viris piis doctisque ſupra conceſſionem calicis cæſaris juſſu facta, cujus idem Caſſander mentionem facit, certiores nos reddit jam nominata epiſtola „Ferdinandi ad Iulium Pflugium, quando hunc epiſcopum mo„net, ut in ſuas ditione introducat a pontifice ſibi aliisque „conceſſum calicis uſum, & refert ſe quibusdam viris piis „atq; pacificis negotium commiſiſſe, ut conſilia, qua ratione uſus „calicis fructuoſus reddi poſſit, ſuppeditent, hoc etiá feciſſe & ob„lata eſſe illa ſibi nuper inſcripto quodam. Hæc autem qualia fue„rint cognoſcimus ex formula MSCta executionis juſſu cæſaris „Viennæ data d. 14. junii & miſſa ad omnes archiepiſc. & epiſc. „ſuarum ditionum. Dicitur in ea cæſaream majeſtatem poſt

(*a*) Calixtus de commun. ſub utraque pag. 75. ſqq.

poſt varias multasque petitiones tum apud concilium Triden-“
tinum, tum pontificem tandem pro ſuis impetraſſe communio-“
nem ſub utraque, quæ ne illicito modo introducatur & fru-“
ctuoſa eſſe poſſit, viris quibusdam piis & pacificis negotium“
dediſſe, ut diligenter cogitarent & perpenderent, qua ratione“
id fieri poſſet, deque tandem omnibus, ſuper quibus inter eos“
unanimiter convenire contingeret, cæſaream ſuam majeſtatem“
commonefacerent. Cum itaq; ab iisdem cæſareæ ſuæ majeſtatis“
mens atque voluntas executioni demandata, placuiſſe ſuæ cæſ.“
majeſt. quæ ab illis propoſita ſunt, cum rever. archiepiſc. &“
epiſc. quorum provinciæ & diœceſes ſua regna ac inferioris“
Auſtriæ dominia patrimonialia attingunt, pro calicis diſpenſa-“
tione delegatis tenore præſentium benigne conferre. His
præmiſſis ſequuntur ea, ſine quibus inſtitutum hoc utiliter
executioni mandari non poſſe videretur. Conceſſionis fru-
ctum potiſſimum pendere a concionatoribus & confeſſoribus,“
hinc ipſis, præſertim hoc tempore, quo calicis uſus populo ſit ex-“
hibendus, ſequentia obſervanda præſcribuntur: Ut ſc. mo-“
neant & doceant populum, eccleſiam romanam non eſſe re“
prehendendam ideo, quod in diſpenſatione ſacramentorum-“
ſalva eorum ſubſtantia ea ſtatuat, vel mutet, quæ ſuſcipien-“
tium utilitati ſeu ipſorum ſacramentorum venerationi pro re-“
rum, temporum & locorum varietate magis expedire judicarit,“
quinimo poteſtatem rectiſſime & piiſſime uſam. Item ut do-“
ceant, ſub qualibet ſpecie eſſe totum & integrum Chriſtum,“
ſecus ſentientes a piis fidelibus rejiciant. Dein adduntur alia offi-“
cia ſacerdotum & confeſſorum, præcipue in confeſſionibus“
obſervanda, quæ cum in genere tantum ſ. euchariſtiam re-“
ſpiciant, propter brevitatem, cui nobis ſtudendum, non ſunt at-„
tingenda. Poſthæc ſuccedunt ea, quæ propoſita fuerunt a viris“
prædictis pro calicis conceſſione. Videlicet ſanguinem do-“
mini e calice eſſe ſumendum: & more orientalium aliorumque“
nationum illis tantum præbendum, qui eccleſiam adire poſſunt,“
infirmis vero, præſertim ſi longe diſtent ab eccleſia, SS. calix“

Digitized by Google

„vel plane non exhibendus, ad evitanda varia pericula partim „ex aſſervatione, partim ex effuſione metuenda, vel in extre„mo ſaltem neceſſitatis caſu, ſi ex pio fervore ſanguinem Do„mini ſibi flagitaverit infirmus, illi concedendus; eamque ob cau„ſam in omnibus eccleſiis talia vaſa parata habenda eſſe, e qui„bus nulla gutta vini in portatione decidere poſſit. Præcaven„dum omni ſtudio ſanguinem Domini neque communicantibus „deficere, neque ſupra, quam par ſit, abundare, ſi vero forte „quid ſuperfuerit, id a ſacerdotibus ſive eodem ſive altero die „ſumendum, ſi aliquid defecerit elaborandum, ut ex ſacerdoti„bus, quibus miſſarum celebrandarum officium incubuerit, ita „paulatim alter alteri ſuccedat, ut quicquid in uno altari defe„cerit, ex altero ſuppleatur, vel ſaltem ubi numerus ſacerdo„tum non ſuffecerit, differatur reliquorum, qui acceſſuri erant, „communio in craſtinum. Tempus vero magis conveniens „diſpenſandi populo euchariſtiam eſſe ſub miſſa, quamvis in ma„jori hebdomada, in feſto nativitatis, reſurrectionis, & pentecoſtes „ob magnam frequentiam communicantium etiam extra miſ„ſam, ſub miſſa tamen antea conſecratam utramque ſpeciem „laicis adminiſtrare poſſint ſacerdotes. Deinde ad firmandum „vinculum charitatis inter diverſimode communicantes, illos in„diſcriminatim ad communionem accedere debere, ita tamen „ut qui velint ſub una ſpecie communicare, accipiant panem a „ſacerdote ſacrificante, & vinum ablutionis ab æditno, qui „autem ſub utraq; ſumere velint, itidem panem a ſacerdote & vi„num conſecratū ab alio ſacerdote accipiat: Præmittendam quo„que eſſe in publica & frequenti communione piam exhortatio„nem in lingua vernacula docendumque populum quod ſub qua„libet ſpecie ſit caro & ſanguis Chriſti, nec plus accipiat qui „ſub una, quam qui ſub utraque communicat, neque manducans „non manducantem, nec bibens non bibentem contemnat. „Tandem ad excitandos animos ad gratiarum actionem & lau„dem Dei poſt communionem pſalmum vel hymnum eſſe can„tandum in lingua vulgari. Hæc omnia ut ſtricte obſerventur,

& quam-

& quamprimum executioni demandentur, monentur archiepiſcopi & epiſcopi, &, ut eo citius hoc fiat, quosdam ſubdelegandos eſſe, jubetur. Hoc cæſaris mandatum mox effectum ſortitum eſt: refert enim Bucholzerus (*a*) ſacram ſynaxin in utraque ſpecie laicis ſecundum inſtitutionem Chriſti d. 18. jun. (aliis jul.) Viennæ per Urbanum Gurcenſem epiſcopum in templo Stephani adminiſtratam & publicatam eſſe, quemadmodum de eo etiam teſtatur decretum de conceſſione calicis hoc die promulgatum, quod invenimus apud Goldaſtum. Idem factum eſſe legimus d. 22. hujus menſis Pragæ per archiepiſcopum Antonium, qui ſuis SS. calicem ſecundum veterem Bohemiæ morem conceſſit: ita enim ipſe archiepiſcopus ſcribit in epiſtola quadam mscta d. 19. aug. ad Julium Pflugium conſignata. *Sequimur*, inquit in poſtſcriptis, *antiquum ritum hic in Bohemia in eo, ut ſacrificans alio calice utatur, cum adſunt communicantes, ii quoque alio, ex quo eis ſacratiſſimus cruor porrigitur, ſicut ſacrificus ubi plures hoſtias conſecrat, eam tantum conſumit, quam elevat, ſic eadem quoque calicis habetur ratio, ut hoc quod offertur abſumat, de alio populo communicet*: poſt hæc tempora diu in Bohemia manſit inter *ſtatus ſub utraque & una* deferentia. In eadem epiſtola dicit Antonius ſe Cromerum cum articulis de communione ſub utraque in Moraviam miſiſſe & ſuis ſacerdotibus diligentiſſime inſinuaſſe. Laudabile hoc exemplum cæſaris alii quoque principes ſecuti ſuis calicis uſum conceſſere.

§. VII. Poſtquam itaque vidimus, qua ratione cœna Domini in Germania in integrum ſit reſtituta, reſtat, ut adhuc paucis perſpiciamus, quando iterum tam care acquiſitus calicis euchariſtici uſus ademtus fuerit. Hoc quoniam ſenſim ſenſimque factum eſſe videtur, certum annum indicare quidem non poſſumus: recenſebimus tamen quod de illo nobis ſuppeditat Pallavicinus: (*b*) *Cætera*, inquit, *tum ea in melius mutatio* (quam ab initio conſecutam eſſe dixerat papa Pius IV. calicis conceſſionem) *tum etiam conceſſionis effectus amplius progreſſa non ſunt. Unde ſedente Gregorio XIII. ac poſtea Sixto V. obeuntibus nonnullis ex epiſcopis, quibus impertita fuerat poteſtas* (populum ſcilicet communicandi ſub utraque ſpecie) *dubitatum fuit, an gradui illa intelligeretur tradita, adeoque perdurans in ſucceſſoribus, an perſonis, adeo-*

(*a*) l. c. (*b*) l. c. lib. 24. pag. 321. conf. Wolff. lect. mem. T. II. pag. 916.

adeoque cum ipſorum vita decedens: & hoc poſterius pro vero habitum eſt, adeoque non obtineri uſum licitum illius conceſſionis, niſi a ſacerdotibus, quibus memorati epiſcopi viventes contulerant. Ex his omnibus facile colligere licet, quomodo uſus calicis euchariſtici in ſ. cœna paulatim in romana eccleſia iterũ deſierit, ita quidem, ut a nemine hactenus, quantũ nobis quidem conſtat, publice recuperari potuerit. Neq; enim adhuc quenquam movere debet, quando etiam hodie paſſim apud pontificios laicis per cuſtodem vel miniſtrum poculum præberi videmus, cum illud vinum non conſecratum contineat, neque tanquam altera ſacramenti ſpecies laicis porrigatur, ſed tantummodo *ablutionis* cauſa (*a*); unde etiam der Spülkelch dici ſolet. Cæterum ſeveris jam mandatis coerciti ſunt ſacerdotes, ne ullo prætextu ſe eo adduci patiantur, ut quenquam ſub utraque communicent. Ita namque præcipiunt agenda colonienſia (*b*): *Caveant etiam atque etiam paſtores, ne aut gratia aut minis ſe adduci patiantur, ad communionem ulli hominum, cujusque ſtatus aut conditionis ſit ſub utraque ſpecie porrigendam.* Soli tamen Galliæ reges præ aliis omnibus in romana eccleſia a longo jam tempore hac prærogativa gaudent, ut ipſis quotieslibet, ſecundum, quosdam, vel ut alii volunt, bis ſaltem in vita, ſcilicet in inauguratione & articulo mortis, vel in inauguratione tantum, ſacra cœna ſecundum inſtitutionem Chriſti frui liceat (*c*). Vnde hoc jus regum Galliæ originem traxerit, de eo noſtrum non eſt prolixe diſquirere. Communis ſententia eſt, a pontifice Clemente VI. illud impetraſſe reges, vel propter magna in ſedem romanam merita, vel ideo quod æque ac ſacerdotes uncti ſint (*d*) & quidem oleo cœleſti. (*e*) Nobis placet ſententia Caſparis a Lilien (*f*) quá etiam Caroli IX. legatos tenuiſſe fert, qui Francorum regum in inauguratione ſua prærogativam ſub utraque ſpecie communicandi ad conſuetudinem transfert, dum reges Galliæ calicem ſibi eripi nunqnam

(*a*) Bellarminus l. c. cap. 24. pag. 913. (*b*) pag. 88. (*c*) Ioh. Bapt. Caſalius de vet. Chriſt. rit. p. m. 109. Grammondus in Hiſt. Gall. lib. I. pag. 18. Adolph. Thuldenus hiſt. per Europam lib. III. ſumme ven. Dn. D. Meyerus in diſp. de Chriſt regis Gall. commun. ſub utraque. (*d*) Sleidanus l. c. lib. IX. pag. 262. (*e*) Dn. Meyerus l. c. p. 14. (*f*) in diſſert. de regum Gallo-Francorum prærog. circa domin. calicem pag. 130.

quam paſſi fuere. Quo privilegio autem reges Galliæ, eodem noſtræ eccleſiæ, imo ſinguli noſtrum in hunc uſque diem fruuntur, quando nulla expectata venia vel conceſſione ulla a pontifice, communionem integram ſecundum inſtitutionem Chriſti, quoties libet, ſumere nobis eſt conceſſum. Hanc gratiam debemus Deo & poſt Deum reformatoribus noſtris, qui non ex nimio vini amore, ut quidam pontificii garriunt (a) ſed ex pio zelo & ardore pro executione verbi & mandati divini tanto deſiderio tantoque ſtudio calicis euchariſtici, doni Servatoris inæſtumabilis, nobis reſtituerunt & jus laicorum in illo percipiendo, ſtrenue vindicarunt. Agnoſcamus ergo hanc gratiam grato animo, & ne illa indigne fruamur ſolliciti ſimus.

§. VIII. Sed quoniam exiguum chartulæ ſpatium, quo circumſcribimur, ad finem nos properare jubet: abrumpimus hic recenſionem noſtram hiſtoricam, & ad ea, quæ reſtant, progredimur. Supereſt autem, ut adhuc paucis præcipua argumenta, quæ ſuperioribus poſt concilium Tridentinum acceſſiſſe videntur, adjiciamus. Iis vero annumeranda erunt illa quibus anonymus quidam in libello comitis de Kollonitſch juſſu conſignato, cui titulus *Auguſtana & Anti-Auguſtana* confeſſio, defectionem noſtram a doctrina Lutheri, aliorum reformatorum noſtrorum ipſiusque Auguſtanæ confeſſionis, etiam in articulo de communione ſub utraque probare, & noſtram de neceſſitate hujus communionis deſtruere ſententiam, ſollicitus eſt, quando nobis objicit I. ipſum Lutherum (b). II Collocutores noſtros Auguſtæ & III Aug. Conf. anno 1540. Wittebergæ editam, dum dicit: *Paulior dinatio præmonitione prima ad Corinthios teſtatur eccleſiam* communiter *uſam eſſe utraque ſpecie*, uſum calicis non adeo neceſſarium eſſe, voluiſſe. His omnibus IV. addi omnino merentur illæ rationes, quas ultimis temporibus valde agitatas quidem, non autem inventas eſſe affirmare audebimus, & quæ adhiberi ſolent ad probandum in primitiva eccleſia viguiſſe morem communicandi populum ſub una tantum ſpecie panis. Deſumtæ vero ſunt ab aſſervatione ſacramenti, communione domeſtica, infirmorum & morientium,

laica

(a) Richeomus de miſſa lib. 4. (b) l. c. part. II. cap. 1. §. 22. pag. 57.

laica, & præſanctificatorum. (*a*) Sed facilis ad ſingula hæc argumenta datur reſponſio, & quidem ad I. ipſos mentem Lutheri ex primis ipſius ſcriptis explicare velle, cum potius poſteriora ſcripta, in quibus mentem ſuam in melius mutavit, conſulenda fuiſſent. (*b*) Ad II. longe aliud teſtari Cœleſtinum, qui acta comitiorum Auguſtæ Vindelicorum accurate deſcripſit. (*c*) Ad III. fallaciam ipſos committere in vocabulo *communiter*, quod illi explicant pro *interdum*, cum tamen ſenſus ſit omnibus ſine diſcrimine ſ. euchariſtiam ſub utraque ſpecie traditam fuiſſe. (*d*) Ad IV. aſſervationem ſacramenti, (*e*) communionem domeſticam, (*f*) ægrotorum & morientium, (*g*) infantium, (*h*) laicam (*i*) & præſanctificatorum (*k*) ſub utraque ſpecie factam, neutram vero harum ſolum ſub una ſpecie fuiſſe celebratam probari poſſe.

Sufficiant hæc tantiſper pro enarrandis fatis calicis euchariſtici, quibus plura alia præſertim de abuſibus circa illum, tum ex parte pontificiorum, tum eorum, qui eum quæſierunt commiſſis, addenda forent, ſi id inſtituti noſtri ratio, & brevitas, qua nos uſuros eſſe promiſimus, maxime autem benevoli lectoris patientia, permitterent. Qua ne abuti videamur, hic ſubſiſtimus, calici euchariſtico in eccleſia romana & omnibus illum petentibus ſereniora fata optantes atque precantes. Fiat!

(*a*) Bellarminus l. c. cap. 24. pag. m. 908. ſeqq. (*b*) Val. Alberti *in gründl. Wiederlegung der* aug. *und* anti-aug. conf. part. 2. cap. 3. q. 19. §. 4. (*c*) ib. §. 3. (*d*) ibid. §. 6. (*e*) Chemn. l. c. p. 130. Chamier Panſtratia cathol. tom. IV. lib. IX. cap. III. pag. 132. Gerh. l. c. (*f*) l. c. pag. 1125. Chamier. l. c. Juellus l. c. ſect. 17. Dallæus l. c. lib. V. cap. 21. pag. 684. ſqq. Pfeiff. l. c. c. 11. p. 182. ſqq. (*g*) Heidegg. in tumul. concil. Trid. contr. Reding. p. 83. ſq. Calixtus de comm. ſub una pag. 222. ſqq. Dallæus l. c. cap. 19. pag. 674. ſqq. (h) Dallæus cap. 20. pag. 681. Pfeiff. l. c. cap. 7. pag. 198. ſqq. (*i*) Chemn. l. c. pag. 129. Gerh. l. c. p. 1135. ſqq. Cham. l. c. pag. 35. Rixner. de comm. laica & peregr. (*k*) Gerh. l. c. pag. 1132. ſqq. Dallæus l. c. cap. 22. p. 688. Rixneri diſcurſus de commun. præſanctif.

Potiora errata, pag. 5. lin. 10. pro ne tamen, ne vero not. (*a*) pro diſp. diſt. pag. 9. a fin. lin. 3. pro roboratum roboratam. pag. 7. lin. 22. ſanis add. talis euchariſtia pag. 11. lin. 24. poſſet. add. hæc talia didiciſſe. ſed add. legimus potius illum. p. 11. not. (*a*) pro f. 23, lib. XXIII. & pag. 42. lin. 10. pro opere operæ & perod. II. pro Baſilienſe Baſileenſe pag. 49. lin. 8. pro Conſtantienſis Baſileenſis pag. 54. lin. 6. pro & lapides, & illa lapides pag. 57. lin. 15. pro quorum quarum. pag. 58. not. (*c*) in epiſt. hiſt. Boh. deleatur. p. 60. lin. 18. pro 1623. 1523. lin. 26. terris, omiſſum in pag. 63 lin. 14. dicit. add. ſe malle, ſi unus ille articulus pacem & unitatem impediturus eſſet.

99 95 1097